
ACADEMIÆ HARVARDIANÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1838.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII
Rec. Oct. 12,
1847.


ACADEMIÆ HARVARDIANÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1638.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII.
Rec^d Oct. 12,
1847.

DE

ORATIONVM OLYNTHIARVM

ORDINE

SCRIPSIT

RVDOLPHVS RAVCHENSTEIN, HELVETVS,

SEM. REG. PHILOL., QVOD VRATISLAVIAE FLORET, NVPER SODALIS.

PRAEFATVS EST

FRANCISCVS PASSOW.

ACCEDIT

FASCICVLVS OBSERVATIONVM

PHILOLOGICARVM ET CRITICARVM

IN

DEMOSTHENIS PHILIPPICAS.

AVCTORE

I. H. BREMIO, TVRICENSI.

LIPSIAE 1821

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.

PRAEFATIO
FRANCISCI PASSOVII.

Oratorum Graecorum studium accuratius quantum conferat cum ad interiorem Attici sermonis Atticarumque legum et institutorum apud Athenienses vigentium cognitionem, tum ad ingenia in universum expolienda et acuenda, nemo iam harum litterarum vel mediocriter peritus ignorat. Attamen quod aliis quoque in rebus aliqua difficultate implicitis accidere solet, laudantium semper ad nostros usque dies multo fuit maior quam strenue exercentium numerus, neque adeo mirandum, ardorem, quo eloquentiae Atticae studium iam diu promoveri debebat, longe infra ipsius rei dignitatem substitisse. Excusatio quidem in propatulo: vix enim quicquam in antiquitate ab hodierna civitatum societatisque humanae conformatione alienius cogitari possit perpetua hac totius vitae et

publicae et privatae censura, quam non audacioribus civibus permittere, sed ab optimis disertissimisque expetere consuevere magistratus. Quodsi igitur in vulgus neglectui habentur, quaecunque a nostris moribus abhorrent: antiquitatis certe scrutatoribus, quanto quid remotius adhuc et obscurius iacet, tanto intentiore cura id ipsum et protrahendum est et illustrandum.

Quae quum ita sint, scholis ad hunc illumve oratorem Atticum institutis officio nostro haud omnino satis fecisse rati, nisi auditorum nostrorum animos ad hoc argumentum proprio quoque Marte pertractandum appelleremus, certaminibus litterariis, liberalitate Regia in nostra Musarum sede conditis, rectius uti posse nobis non videbamur, quam quaestiones philologas ex hac potissimum antiquitatis studiorum parte proponendo. Hinc factum est, ut a. MDCCCXIX. ad *ordinem, quo orationes Olynthiacae tres a Demosthene habitae sint*, certatim indagandum iuvenes nostros *φιλέλληνας* provocaremus: quae quidem quaestio, gravissimo Dionysii Halicarnassensis praeiudicio

quodammodo occupata, hucusque auctoritate magis quam certis rationibus confecta, subtiliorique tandem aliquando examine dignissima nobis videbatur. Nec fefellit eventus exspectationem nostram.

Etenim ipsae quaestionis difficultates iuvenum duorum quovis nomine nobis probatissimorum, RVDOLPHI RAVCHENSTENII, Helvetii, ex egregia Ludov. Doederlinii, professoris tum Bernatis, iam Erlangensis, disciplina ad nos delati, et GVSTAVI PINZGERI, Silesii, Semin. philol. Regii sodalium, adeo concitaverant ingenia, ut utrique ab amplissimo Philosophorum Vratislaviensium Ordine par pari cum laude praemium decerneretur. Uterque enim, eodem fontium studio eademque in colligendis argumentis diligentia, in iudicando libertate usus, Dionysium omnino recte statuisse idoneis rationibus probaverat, eoque persuasionis deduxerat rem, ut nisi omnibus partibus absoluta, tam recte tamen administrata videretur, ut ulteriori indagini haud ita multum relictum sit. Et quum eodem tempore Rauchenstenius reditum in Helve-

tiam pararet, publicumque aliquod annorum apud nos haud sine fructu transactorum monumentum exstare vellet, auctores ei fuimus libelli, quo doctorum Vratislaviensium comprobationem nactus erat, recentatis curis limaque haud parce adhibita iam evulgandi, ut aliorum quoque aequa iudicia experiretur. Pinzgerus vero, amicorum omnia communia esse ratus, ut ex sua scriptione quaecunque vellet et quorum aliquis fortasse usus esse posset, mutuaretur suisque insereret, lubenter concessit Rauchenstenio. Opusculo hinc aucto novum decus accessit insigni humanitate Io. Henr. Bremii, Turicensis, viri, ut antiqua solidaque eruditione clari, ita ad provehenda quoque aliorum de litteris bene merendi conamina paratissimi, qui popularis sui primitias fasciculo exquisitissimarum in Demosthenis Philippicas observationum ornare haud est dedignatus.

Haec fere erant, quorum praemonendorum munus ab auctoris modestia et amicitia mihi erat impositum, eoque iam rite defunctus esse mihi viderer, nisi, quo minus ipse *ἀσύμβολος* plane

discederem, praesentia Bremii et Pinzgeri exempla vetarent.

Circumspicienti igitur mihi, quid, ab itinere valetudinis causa suscepto modo redux, lexicique Graeci condendi grato quidem, sed diuturno labore districtus, inter brevissimum temporis spatium de meis adiicere possim, opportune redibat in memoriam codex Rehdigeranus Demosthenis, Andreae quondam Dudithii, in membranis quadruplicatis nitido exaratus, nuperque lectionum academicarum in usum a me excussus. Et diu quidem ante nos viris eruditis innotuit: est enim idem ille Vratislaviensis, cuius copiam roganti sibi negatam esse queritur Io. Iac. Reiskius in praef. ad Demosthenis a se editi T. I. p. LVIII. at neque libri notitia, Reiskio ab Arletio per litteras data, vera fuit: duplicis huius culpae quamvis sero abolendae opportunitatem adepti, ne sine fructu praeterfluat cavebimus.

Continet igitur liber post vitam Demosthenis Libaniique summaria singulis orationibus praefixa orationes Olynthiacas tres ex vulgari ordine, Phi-

lippicam primam, or. de pace, Philippicam secundam, or. de Haloneso, Philippicam tertiam et quartam, or. de epistola Philippi, epistola ipsa ad calcem libri reiecta, or. de rebus Chersonesiacis, de Symmoriis, de contributione, pro Megalopolitanis, de Rhodiorum libertate et de foedere cum Alexandro, Philippi denique ad Athenienses epistolam: orationum vero de corona et de falsa legatione, quas codici inesse Reiskio significaverat Arletius, nec vola, nec vestigium: et scholia, quorum multitudinem idem vir doctus praedicaverat, neque adeo sunt multa, et quae huc illuc ab alia manu adscripta reperiuntur, glossarum plerumque quam scholiorum nomine digniora: aliquot orationes duobus tantum tribusve locis quicquam additum habent, or. de Megalopolitanis nihil: glossarum utilitas nulla. Et ut libere dicam, quae sentiam, totius codicis quamvis membranei neque adeo recentis auctoritas critica tam mihi exigua visa est, ut ei inter Demostheneos ultimum fere locum assignarem: quod iudicium ne quis temere et tanquam de tripode pronunciatum esse

opinetur, varias iam lectiones in Philippicam primam, ad editionem Philippicarum ab Imm. Bekkero a. MDCCCXVI. curatam, quam paginarum versuumque notationes respiciunt, diligenter excerptas una cum scholiis proferemus.

Pag. 21, vers. 5. *καὶ* omissum. 6. *γινώσκω.* 11. *αὐτοὶ συνεβούλευον.* 20. *ἐπεί τι γε* et *προςήκει.* 24. *τοτ' ἐχόντων.* 26. *ἐπράξετε.* p. 22, 1. *Ἑλληνικῶν* om. 4. *καὶ λογίσησθε ὅτι —.* 5. *ὑμῖν* om. 7. *οἷς ἐκρατεῖτε.* 13. *καὶ τῷ τὰ χ.* 15. *τοῦτο ὅτι εἴχομέν ποτε ὑμεῖς.* 17. *Μεθόνην.* 23. *τοιαῦτα* et *ἑαυτοῦ.* 25. *ἐκτήσατο δύναμιν.* p. 23, 1. *ἑλόν τις ἔχοι πολέμων, τὰ δέ — νόμῳ* om. 2. *γὰρ* om. 5. *ἐθελοντάς.* 9. *παρασχεῖν αὐτὸν χρήσιμον τῇ πόλει* transp. 10. *ἑτοίμως.* 11. *χρήματα.* 16. *ὑμέτερα αὐτῶν* et *θέλῃ.* 25. *ἔχοντα ἀποστρ.* 29. *ἄνθρωπος* et *ἡμῖν.* 32. *οἷος ἐστὶν, τ'* om. 33. *καὶ* om. p. 24, 1. *κύκλῳ καὶ παντ.* 3. *πότ' ἂ χρὴ* et *ἐπειδάν τι γ.* 4. *ἐπεὶ δ' ἂν νὴ Δία.* 5. *οἶμαι.* 6. *τὴν* om. 8. *περιόντες αὐτῶν.* 14. *οὕτως.* 15. *οὐ γὰρ οὗτος.* 16. *αὐτοῦ.* 17. *ὑμετέραν.* 17. 18. *καί τοι καὶ τοῦτο ἀπόθει. καὶ*

τα τῆς τ. 18. ὑπάρξῃ. 20. τοῦτο ἐξεργ. 23. ὑμῖν om. 32. καὶ τὰ ἄλλα. p. 25, 1. δοκῇ παρεσκευασθῆναι. 2. ἄνδρες om. 3. ἐπεὶ δ' ἂν. 9. κωλῦσαι et ἀλλὰ ὅς. 10. δόξῃ. 12. πισθέντες. 14. οἶμαι. 17. κριταὶ δὲ ὑ. 19. πρῶτον μέντοι, ὦ Ἀθ., ἄνδρες om. 20. παρασκευάσασθε. 21. εἶτα αὐτοὺς. 25. οἶμαι. 28. ὅπῃ et ἐν τῇ γνώμῃ τοῦτο transp. 31. Ἁλίαρτον. 32. ὁρμήσετε. 33. ποιήσητε. p. 26, 1. ἵνα ᾖ. 2. εἴσετε. 3. πάντα ἐξαγγ. 7. καιρός. 9. παρασκευάσθαι πρ. οἶμαι. 10. ἄνδρες om. 12. δυςμυρίους. 14. ἔστω. 15. ὅντινα οὖν. 18. δὲ αὕτη. 19. ταῦτα ἐθ. 22. ποιήσητε. 23. ἅπαντα ἐλ. 24. μέγιστα. 31. ἀλλὰ ὅσον. 33. δὲ ἄλλους. p. 27, 1. ἱππίας. 2. τὸ ἐλάχ. 6. ταχιῶν. 9. ἐπεὶ δ' ἂν et οἶμαι. 12. ἄνδρες om. 13. ὑμῖν. 15. τῷ om. 16. οὔτε ὑπέρογγον. 17. οὐδὲ παντελῶς. 18. δὲ om. 20. ποτὲ ἀκούω. 21. Ἰφικράτης. 24. ἡμῶν. 25. δὲ αὐτὰ. 26. κατ' ἑαυτὰ. 27. δὲ ἐχθροὶ. 30. πανταχοῦ. 31. ἐστιν. p. 28, 1. στρατιοτῶν. 3. ἐστὶν ὡς. 4. πράγμασι. 6. ἡμεῖς εἴπητε ἂν. 8. ταξιάρχους δέκα transp. 8. 9. ἱππάρχους καὶ φιλάρχους δ. 10. πέμψητε. 14. φιλάρχους. 15. ἄνδρες om. 16.

ἱππάρχους παρ' ὑμῶν om. 19. *τῶν δὲ ὑπὲρ τῆς π.*, altero *τῶν* om. 20. *ἀγονιζομένων.* 32. *τοιαῦτα ἕτερα.* p. 29, 1. *δὲ ἱππ.* 4. *τοῖς στρατευομένοις σιτηρέσιον* transp. 6. *ὅτι ἂν τοῦτο γένηται, πρὸς ποριεῖ τὰ λ.* 9. *ὥστε ἔχειν.* 10. *ἂν μὴ ταῦτα οὕτως.* 12. *ὑμῖν κελεύω γενήσεται. ταῦτα ἤδη λέξω.* Ante *πόρου ἀπόδειξιν* a manu secunda margini adscripta sunt haec: *ἐντεῦθεν Διονύσιος ἁλικαρνασεὺς ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχήν. προοίμιον δὲ φησὶ οὐκ ἔχει. ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστὶ. ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ εἰσὶ προοίμια.* 13. *ἄνδρες* om. 14. *δὲ ἐπιχειροτονεῖτε.* 15. 16. *χειροτονήσαντες.* 20. *ἄνδρες* om. 21. *πολεμήσετε.* 22. *λογίσησθε.* 24. *τοὺς* om. 25. *ἡνίκα ἂν* et *δυνάμεθα.* 26. *ἡμᾶς* om., et *ταῦτα ἐνθ.* 27. *μὴ βοηθ' εἴ πολεμεῖν.* 29. sq. *ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει* omissa. p. 30, 2. *καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τ.* 4. *πάντα ὑπάρχειν. τὴν δὲ ὥραν.* 10. *δὲ ὑπάρξαι.* 11. *ταῦτα ἐστὶν.* 11. 12. *ἄνδρες* om. 13. *τὰ ἄλλα.* 15. *κατακλείτητε.* 17. *γενόμενοι.* 18. 19. *παύσησθε ἀεὶ.* 21. *ἄνδρες* om. 21. 22. *τὸν μέγ. τὸν ἐκείνου φόρον ἀφαιρ.* 22. *δὲ οὗτος.* 28. *ᾤχετο*

ἔχων. 30. δὲ εἰς Μ. 31. 32. ᾤχετο τριήρη, ἔχων om. 32. ὑμεῖς δὲ et δύνασθε. 33. οὔτε εἰς et οὓς ἂν προελήλυθε. p. 31, 1. ἄνδρες om. 2. τῶν Ἀθηναίων. 3. τὴν om. 4. γίνεσθαι et ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν om. 6. τοσαῦτα ἀναλ. et οὐδὲ εἰς. 7. τοσαύτην absque cancellis. 8. οἶδα εἴ τις. 9. δὲ ἀποστ. 10. τὸν καιρὸν. 12. προεῖδεν. 14. παρά του καὶ τί λαβόντα καὶ τί δεῖ π. 15. οὐδὲν ἂν ἐξέταστον οὐδὲ ἀόρ. 16. περὶ om. 22. εἶτα αὐτούς. 23. εἶτα ἐν. 23. 24. μέλλετε προαπώλωλεν. 27. οὐκ ἀναμένουσι. 28. ἃς δὲ εἰς τὸν μ. 28. 29. οἰόμεθα ὑμῖν. 30. ὁ δὲ εἰς τοῦτο ὕβρ. 31. ὥστε ἐπιστ. p. 32, 1. ἄνδρες om. 3. ἀλλὰ ἴσως. 4. ὅσ' ἄν. 6. εἰ δὲ ἦ. 7. γίνεται. 8. ἐστι et ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι om. 9. καὶ πάντα ἀναβ. 10. μὴ δὲ. 12. 13. ἀλλὰ αὐτούς. 15. ἀξιώσειέ τις ἄν. 16. 17. βουλευομένους ἡγεῖσθαι χρή, ἵν' ἃ ἂν ἐκεῖνος δοκῇ. 17. πράττητε. 18. συμβαίνοντα. 19. ἄνδρες om. 20. ὁπλίτας om. 22. δὲ ἀπολ. 26. 27. προβαλέσθαι δὲ ἢ βλ. 27. οὔτε οἶδεν οὔτε ἐθ. 28. ἂν ἐν Χ. πύθεσθε. p. 33, 2. ἄνω καὶ ὑπὸ κάτω et ὑπὸ ἐκ. 4. πολέμου, οὗ, περὶ τῶν πρ.

5. ἢ γιγνόμενον ἢ γεγενημένον transp. 6. δὲ ἴσως et ἔνην ποιεῖν. 7. ὥςτε οὐκέτι ἐγχ. 8. ἄνδρες om. 9. γινομένοις. 14. ἀνανδρείαν. 15. δὲ ἐπιχ. 17. ἐκκαλέσαιτο ὑμᾶς. 18. αὐτῶν. 19. μηδὲ εἷς et μήτε ἐνθ. μήτε ὀργ. 20. ἄνδρες om. 23. ἀπὸ Φιλ. 25. λύσῃ et τοῦτο ἀναμ. 28. ἀπὸ τοῦ δεῖνος et ἂν ἀποστ. 27. πάντα ἔχειν. 30. πῃ δή. 31. ἄνδρες om. p. 34, 3. οὐδέποτε οὐδὲν ἡμῖν μὴ γέν. 7. ὅπῃ. 10. γίνεται ἀλλὰ οἱ. 12. 13. οὐκ ἔστι ἕν' ἄνδρα δυνηθῆναι et ταῦτα ὑμῖν. 14. ἅπαντα ὅσα βούλεσθε, suprascr. βούλεσθαι. 17. ἡγεῖται et ἀπομίσθων ἀθλίων transp. cum scholio hoc: ἀπόμισθοι καὶ οἱ μὴ πεπληρωμένοι τὸν ὡμολογουμένον (scr. ὡμολογημένον) μισθὸν καὶ οἱ διὰ κακίας καὶ δειλίας μὴ ἀξιούμενοι μισθῶν. 18. οἱ δὲ ὑπὲρ. 19. ἐνθάδε ὦσιν. 20. 21. δὲ ἐξ et ὅ τι ἂν τύχῃ ῥαδίως ψηφίζεσθε, τί καὶ χ. π. 22. ἄνδρες om. 25. 26. οἴκαδε ἐλθ. τῶν εὐθηνῶν, οὐ γὰρ ἀκούειν ὑμᾶς μόνον τὰ ὑμέτερα αὐτῶν. 27. ὁρᾶν δεῖ. νῦν δὲ εἰς τοῦτο ἥκει. 30. οὐδὲ εἷς. 32. λωποδητῶν. p. 35, 1. 2. κριθέντα ἀποθ. 3. δὲ οἱ. 4. Φίλιππον φασὶ transp.

6. δὲ ὡς et δὲ ἐν. 8. ἕκαστοι περιερχόμενοι. ἐγὼ δὲ οἶμαι. 9. ἄνδρες om. 9. 10. μεθύειν ἐκεῖνον om. 11. τήν τε ἐρημ. 12. κωλυσάντων. 13. οὐ μέντοι μὰ Δία. 17. ταῦτα ἐκεῖνο. 18. ἄνθρωπος. 19. πάντα ὅσα πώποτε ἠλπ. 20. ὑπὲρ ὑμῶν καθ' ὑμῶν. 22. ἐνθάδε ἴσως. 25. ἀπηλαγμένοι. 26. ποτὲ ἔσται et ἀλλὰ ὅτι φαῦλα, ἂν μὴ πρ. 28. ἐθέλητε. 29. οὔτε ἄλλοτε. 31. νῦν δὲ ἃ γινώσκω πάντα ἁπλῶς. p. 36, 3. νῦν δὲ ἐπὶ ἀδ. 5. ἂν πράξητε. 6. νικώη δὲ ὅ τι —.

Haec enotanda habuimus, suffectura, nisi egregie fallimur, ex quibus periti iudices codici Rehdigerano pretium suum statuant: quod utut ceciderit, semper tamen optandum, ut futuris Demosthenis editoribus eo uti liberalius quam bono Reiskio concedatur.

D. in alma litterarum universitate Vratislaviensi, d. XVIII. Octob. MDCCCXXI.

DE ORATIONVM OLYNTHIARVM ORDINE.

Dionysius Halicarnassensis in epistola ad Ammaeum cap. 4. p. 726. Reisk. haec scribit:

„Ἐπὶ δὲ Καλλιμάχου τοῦ τρίτου μετὰ Θέσσαλον ἄρξοντος „τρεῖς διέθετο δημηγορικοὺς παρακαλῶν Ἀθηναίους βοή„θειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ „Φιλίππου, πρῶτον μὲν, οὗ ἐστιν ἀρχή· Ἐπὶ πολλῶν „μὲν ἰδεῖν ἄν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι. δεύ„τερον δέ· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ „ἄνδρες Ἀθηναῖοι. τρίτον δέ· Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄν„δρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων."

I.

DIONYSII COLLOCATIONI IAM PER SE MAIOREM FIDEM HABENDAM ESSE, QVAM POSTERIORIBVS.

Quamvis Dionysianus orationum ordo multum differat ab eo ordine, quo et a serioris aetatis scriptoribus orationes laudatae et ante Bekkerum in editionibus collocatae sunt; mirum tamen est, in tantum virorum doctorum dissensum quaestionem incidisse de vero earum ordine. Quum enim Dionysium nihil in vulgato harum orationum ordine mutasse, sed eum tantum, quem tradit, cognitum habuisse ex ipsius verbis appa-

reat; haud verisimile est, vel ante Dionysium, vel ipsius aetate alio ordine orationes illas circumlatas fuisse. Neque enim credibile est, criticum illum, quum inquireret in oratoris indolem deque eius scriptis dissereret, latuisse aliorum de eodem scriptore sententias; quum ordinandis orationibus eum constet multum operae impendisse. Qua de re vide Dionysium ipsum de Dinarcho. Quod si hac in re dissensisset a τοῖς τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συντάξασι, id ipsum indicasset eadem diligentia, qua pag. 725. eiusdem epistolae minoris etiam momenti notabat dissensum. Ibi enim de inscriptionis diversitate agitur, hic autem de orationum tempore. Quod discrimen cum per se est gravius, tum hac occasione nullo modo praetereundum erat. Philippicarum enim orationum ordinem pertractavit, quo demonstraret, non ex Aristotelis institutionibus Demosthenem artem suam hausisse. Ergo epistolae argumentum non permittit, tantae notandi incuriae eum accusare, sed post Dionysium demum veterem quandam manum a serie vulgata deflexisse statuamus, necesse est. [1]

Orationum vero nostrarum cum ea conditio sit, ut, nisi acerrimos adhibeas oculos, (quod ex hominum consuetudine tum demum fieri solet, ubi adversariorum subortus impetus suspicionem credulis iniecit) quonam loco Olynthia oratio tertia (vulg. II.) ponatur, perinde videri possit, quumque in iis certe, quae Dionysio sunt prima et tertia, idem fere argumentum eodemque modo tractetur; ne mirarer quidem, si quis pro suo quodam hac in re veri sensu eas transposuisset. At etiamsi non de consulto id factum fuerit, ta-

men, quod virorum doctissimorum exercere acumen et fallere poterat, etiam eiusmodi esse debet, ut librarii aut Graeculi occoecatam mentem facile fugerit. Alia inde ratio exoritur haud minus verisimilis. Nam quum tres exstent orationes Olynthiacae in singulis fortasse aliquando codicibus circumlatae aut dispersae, ubi collectae sunt, in exemplis nonnullis perverso ordine divulgabantur. Cuius rei hoc fuerit aliquod argumentum, quod in cod. Aug. II. (vid. Rüdigerum V. D. in prolegg. ad oratt. Olynth. p. 117.) secunda oratio e Dionysii collocatione inscripta est. Ex quo apparet, duas sensim sensimque collocandi rationes obtinuisse, quarum altera tandem paene evanuerit, altera autem ab interprete quodam defensa ita increbuerit, ut a plurimis retineretur.

Quid? Itane statim ab initio inde Dionysii collocationem veram esse iudicas? — Fateri sane non vereor, tum demum iuste iudicari de utraque opinione, ubi, qualis utriusque sit auctor, clare expositum fuerit. Nimirum si qua sententiarum auctoribus fides habenda est, hanc Dionysio tribuam cum plurimis annis propiori fontibus, quibus se usum esse ipse testatur, tum sedulitate atque iudicio minime destituto. Hoc saltem verisimile est, Dionysii sententiam esse antiquiorem.

Eorum igitur, qui ordinem vulgatum non addita ratione sequuntur, ut Libanius, fortasse magna non erit ratio habenda. Nam quod iste sententiae suae fontes non indicavit (quandoquidem illius aetatis homines in afferendis diversis sententiis minime parci sunt); argumento est, eum aut non legisse Dionysium, aut plane oblitum fuisse sententiae eius, quum ὑποθέ-

σεις suas scriberet. Quas cum bona fide suo orationum ordini adaptet, pro teste contra Dionysii auctoritatem non est habendus.

Quod si rationes eorum, qui contra Dionysium pugnaverunt, refutasse nobis contigerit, veritati iudicioque haud malevolo satisfecisse iure nobis videbimur. At quum ab alteris dissensum hac in re ignorantibus rationes proferre neglectum, ab alteris vero diligenter non quaesitum sit, quumque videre tutius sit, quam audita referre; consentaneum erit, ut, si adversarios refutaverimus, quae vestigia ex orationibus ipsis proferri possint, deinceps explicemus.

Et exstant inter Dionysii adversarios e veteribus grammaticis praeter eum, quem iam nominavimus, Libanium ceteramque turbam eorum, qui orationes hasce laudant [2], scholia Ulpiani; recentiorum vero ordinem vulgatum sequuntur Hier. Wolfius, Lucchesinius, Reiskius et Augerus. Quorum cum nemine certamen ineundum erit nisi cum iis, qui sententiam suam explicuerunt, cum Ulpiano et Lucchesinio; reliquos, quum vel in neutris partibus sint vel vulgati ordinis vinculo retineantur, quod hic fere nullum est, omittamus.

II.

ARGVMENTA, QVAE CONTRA DIONYSIVM PROLATA SVNT, EXAMINANTVR.

Argumentorum, quae contra Dionysium prolata esse novimus, ex antiquitate reservata nobis sunt ea tantum, quae in scholiis Ulpiani leguntur. Quae scho-

lia quamvis interpolationum et additamentorum corruptelis sciamus repleta esse (vid. Fabric. bibl. graec. tom. II. p. 380. Harl.); non videmus tamen, cur hanc animadversionem negemus ipsum Ulpianum habere auctorem. At sive ab Ulpiano scripta est, sive ex cuiuscumque rhetoris schola originem ducit; id constabit, eam non ex alius orationis scholiis huc esse translatam. Simulque intelligitur, sive librariorum incuriae, sive interpretum studio perversa debetur orationum collocatio, hanc increbuisse, priusquam Ulpianus scholium illud scripserit, propterea quod paucis verbis paucisque rationibus indicavit, cui sententiae faveret. Loquitur enim de ea re tanquam de lite tum temporis cognita, quam paucis at firmis quibusdam argumentis opinatur facile componi. Altius in hanc rem investigare vix licebit, neque id multum facit ad orationum historiam. — Transeamus igitur ad pensandum argumentorum momentum.

Duobus argumentis utitur Ulpianus in ἐξηγήσει ad orat. I. (vulg. II.) init.

1) *Ἡ μὲν ὑπόθεσις τοῦδε τοῦ λόγου καὶ τὰ κεφάλαια παραπλήσια τῷ πρώτῳ· διενήνοχε δὲ κατ' ἐκεῖνο μόνον, ὅτι ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ζητεῖται, εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις· ἐν δὲ τούτῳ τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται, τὴν δὲ ῥώμην ὀκνοῦσι τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἰσχὺν — —.*

2) *δείκνυται δὲ ὢν δεύτερος οὗτος ὁ λόγος ἐκ τῶνδε· ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν θεῶν εὐνοίας ἀποδείξεις παρασχών, ἐνταῦθα ὁμολογουμένην παρέλαβεν.*

Quod ad primum argumentum attinet, orationem vulgo secundam (nobis primam) propterea secundam

esse debere, quod in ea opitulandi necessitas iam demonstrata sit, in prima vero (nobis tertia) eadem demonstretur; id facile poterit vinci, si causam, cur hoc factum sit, aliquanto consideratius perscrutati simus. Etenim verum est, in prima (nobis tertia) necessitatem demonstrari; at non eo consilio hoc fit, quo quis statim ab initio inde ad rem quandam perficiendam admonere solet; sed quod ultimum temporis spatium supersit, periculumque summum instet, nisi extemplo rem strenue aggrediantur [3]; — id quod fusius infra explicabitur. — At si nos convertimus ad id, quod de altera oratione (nobis prima) contenditur ab Ulpiano, id apparebit haud verius esse. Demosthenes enim propterea paucis verbis usus est ad instigandos ad auxilia ferenda cives, quod rei necessitatem omnes perspecturos esse iure credebat. Quin ipsum orationis initium, quo hac bellandi occasione laetatur Demosthenes, satis id ostendit. Recte igitur in hac re exponenda brevior fuit orator; iis autem, quae maximi momenti erant, plurimum temporis operaeque tribuit; eandemque ob causam Ulpianus e verbis suis *τὴν δὲ ῥώμην ὀκνοῦσι* (scil. *οἱ Ἀθηναῖοι*) *τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἰσχὺν* ipse cognoscere poterat, cur obstacula removere maluerit orator, quam necessitatem ostendere, quae omnium in conspectu erat.

Lucchesinius vero in fine disputationis de orationum Olynthiarum ordine Ulpiani sententiam firmare frustra studet, argumento usus loco orationis I. (vulg. II.) p. 18. *ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.* „Quis hic, inquit, initam quo„que cum Olynthiis societatem non videat?“ — Com-

parat hunc locum cum Ol. III. (vulg. I.) pag. 11. init. νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον. Unde colligit, agi hoc loco de societate cum Olynthiis ineunda, quum paullo post Athenienses admoneantur, ut hanc feriendi foederis opportunitatem arripiant, quam iam pridem summopere desideraverint. — Sed videat, qui hoc loco aliquid evinci posse existimat, num in praecedentibus quidquam de foedere iam iungendo moneatur. In eo est Demosthenes, ut Atheniensium in bello gerendo augeat animum atque ostendat, Olynthios, quod ipsi non ab aliis permoti, sed sua maxime ira Philippum oderint, eo minus foedus esse rupturos. Quare non de foedere iungendo, sed de bello alacrius ex foedere gerendo sermo est. — Priorem vero locum quin Lucchesinio eripiamus, ne tantilla quidem est dubitatio. Parata quidem est occasio, et cupiunt Olynthii, ut assumantur in societatem, sed offeruntur a fortuna; quo enim loco ab Atheniensibus eos instigatos esse legimus aut receptos? — Immo Demosthenes foedissimum esse ait occasiones eas non arripere. [4]

Sed priusquam ad secundum Scholiastae argumentum procedamus, Tourrelli ratio, quanquam Dionysiani ordinis veritatem probatura erat, removenda est. Mire enim accidit, ut eodem argumento, quo male usus est Ulpianus, in rem contrariam paullo inconsideratius usus sit Tourrellus (apud Rüdig. pag. 75.): „Namque initio eius Olynthiacae, quam ego primam „facio, orator Atheniensibus instat de foedere cito cum „Olynthiis ineundo; in duabus autem reliquis id foe„dus initum supponit, inque id solum incumbit, ut

„ostendat, quam necesse sit, quae ex eo tenebantur „facere, ut faciant.“ Tourrellum vero propterea hoc loco nominavimus, quod eum Scholiastae maxime argumentatione putamus commotum esse, ut ea, quam protulit, fuerit usus. Eius enim argumentatio plane nulla est. Verum quidem est, si oratio illa, quam Dionysius primam facit, prima fuit, in ea ad foedus iungendum excitari. At quid, si non fuit prima? — Tunc eam, quae tertia est Dionysio, si nulla ibi reperiuntur vestigia foederis iám iuncti, primam habere per hoc argumentum licet. Atque ita omnino res se habet. Per totam enim orationem primam (Dionysii) nusquam commemoratur, foedus faciendum esse, certe non ita aperte, ut voluit Tourrellus. Dicit quidem orator p. 21. Reisk. lin. 24. Bekk. *φημὶ δὴ, δεῖν ὑμᾶς βοηθεῖν*, sed idem etiam tum dicere poterat, ubi foedus iam initum erat. Quare de hac quidem oratione falsus est vir doctus. Ad secundam quod attinet, legitur ibi p. 29. init. *ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν* (sequor cum Rüdigero vulgatam; Bekk. *σώσομεν*); sed haec verba, sive secunda est, sive tertia ea oratio, nihil faciunt ad orationem primam. In tertia vero res plane eodem modo se habet atque in prima. Quare idem etiam nunc stabit iudicium, quod initio protulimus, verum quidem esse, quod Tourrellus contenderit, sed tum demum verum id esse apparere, ubi Dionysianae collocationis veritas aliunde iam comprobata fuerit. Bene etiam ante eum vidit Lucchesinius l. l. tali argumentatione se non repelli; versatur enim in circulo.

Redeamus ad Ulpianum; cuius quidem argumen-

tum secundum vix dignum est, quod refutetur: tamen ne quid intactum reliquisse videamur, inquiramus etiam in illud. — Scilicet orationem primam propterea debere secundam esse, quod in ea Deorum benevolentiam reipublicae adesse ab omnibus iam concedatur, postquam adesse eam in prima (Dionysio tertia) probatum sit. Innuit haud dubie orationis primae initium, ubi orator Diis gratias agit, quod bellandi occasio suis contigerit, et locum orationis tertiae p. 12. init., ubi benevolentiam Deorum praedicat, qui offerant hanc occasionem, qua si non utantur, vereri se, ne eam contemnere videantur. — At primum id falsum est, altero horum locorum magis comprobari quam altero, Deorum benevolentiam adesse. Eo differunt, quod in oratione prima Demosthenes spe erigitur, fore, ut grato animo benevolentia utantur, in tertia vero, timuisse eum, ne non utantur, apertius est. Quae res omnino nostrae opinioni favet. Quo magis enim strenue agere negligebant Athenienses, eo magis orator metuisse suisque institisse putandus est. Idque non in prima, ubi sperare licebat, sed in tertia recte fecit. — Denique autem ridiculum est, si quis oratorem primo concertantem et litigantem cum multitudine, an vere Deorum gratia hac in re apparuerit, deinde autem concessum ei hoc a turba et consensu firmatum sibi cogitat. — Quare tantum abest, ut Scholiastes veri quid contra Dionysium monuerit, ut nobis occasionem dederit inveniendi nonnulla, quae Dionysio egregio favent.

Lucchesinius vero rationes contra Dionysium paullo quidem graviores attulit, minime tamen insupera-

biles. Dicit enim, quam Dionysius tertio loco posuerit, eam primam esse debere: „in ista enim Demo„sthenes non solum cives inflammat ad ferendum Olyn„thiis auxilium, sed monet, ut illuc legatos mittant, „qui huius spe confirment animos metu fractos. Quod „consilium si orator providus ac solertissimus in ter„tiam concionem distulisset, eius profecto prudentia „desideraretur. Deinde in hac ipsa oratione Philippi „sordidos mores, illatasque tot tantisque gentibus in„iurias singillatim recenset. At quam longe alienum „esset a clarissimi oratoris sagacitate, si haec dicere in „prima concione praetermisisset, quae omnium maxime „ad causam faciunt?"

Miratur ergo Lucchesinius in tertia demum ad legatos mittendos cives admoneri. Nam si tertia haec esset, auxilium ferendum esse suasisset orator, propterea quod foedus per legatos haud dubie factum erat, ut colligi potest ex loco p. 29. (orationis secundae) init. ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν, et auxilia iam missa, ut ex eadem oratione apparet. Cur ergo iterum legati? — At non tam periculosum est hoc argumentum, quam videtur. Quidni enim praetermittat prioribus in orationibus legationis mittendae mentionem? Nonne per se intelligebatur, quocum societatem inire vellent, ei hoc nunciandum esse? Quodsi ad auxiliandum suos commoverat, sponte eos sciebat legationem missuros esse. — Igitur si in prima et secunda per se hoc sciebat intelligi, num in tertia minus per se intelligebatur? inutile ergo illud πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ, καὶ παρέσται τοῖς πράγμασι; — Haud aegre ferrem ab oratore dicta quaedam, quae per se sunt

clara; multa enim, nisi hoc concessum, apud optimos auctores resecanda essent. Sed ne opus quidem est hac ratione. Summo in periculo versatos iam esse Olynthios cum ex l. l., tum ex orationis fine discimus; quin illo loco rationem orator addit, cur haec suadeat; scil. timendum esse, ne Philippus, cum Atheniensium nemo adsit, qui auxilium polliceatur, segnes eos et proditores apud Olynthios vocans hosce eo trahat, quo velit. Quam ob rem necessarium erat, ut legati quam celerrime nunciarent, exercitum esse venturum. Iam cum videamus, cur in tertia oratione de legatione mittenda verba fecerit, in reliquis autem praetermiserit, refutatam putamus hanc Lucchesinii rationem.

At quod statim subnectit argumentum, exponendum fuisse oratori non in tertia, sed in prima de Philippi sordidis moribus et perfidia, id quomodo tanto viro excidere potuerit, non intelligo. Diu dubius haesitavi, utrum ego coecus sim, an ille vir. Nam quod Lucchesinius postulat, ut in prima fiat, id multo magis in ea reperitur, quae nobis est prima, quam in ea, quae illi. Perstringit quidem in oratione III. p. 10. Philippi perfidiam, sed plane ita, ut si fortuito tantum in hoc argumentum feratur. Etenim metum excitaverat civibus, ne facile Olynthii a Philippo commoverentur, ut pacem cum eo inirent; quam opinionem ut iustis finibus coërceret, statim subiecit, tam notam Philippi esse perfidiam, ut pacisci cum eo vix quisquam vellet. At conferatur illa indignatio cum primae orationis ira. Qualis in hac est pleno ex corde ille impetus! quantus ardor! — Ut paucis dicam: ibi, ut alios iratos contra eum ostendat, hic, ut suos exa-

cerbet, in eum invehitur. Atque haec res omnino talis est, ut Lucchesinium, quippe qui non ad singulos locos provocet, in mente locos eos confudisse ipsisque adversariis invitum arma tradidisse statuam. Namque argumentum eius, si vera sunt, quae de eo diximus, nostrae plane sententiae favet. — Apparet inde non satisfacere rationes, quibus Rüdigerus contra Lucchesinium pugnat: „si Noster omni dicendi vi et argu-„mentorum gravitate usus esset in oratione prima, num „sperare potuit, fore, ut si in secunda et tertia minus „acriter disputaret, animi, quo vellet, perducerentur?“ Haec in universum vere quidem monuit Rüdigerus; sed Lucchesinii argumentorum nullum tangunt, praeter hocce; quod quum statim appareat, non est, quod multis exponam.

Pergat Lucchesinius.

„In secunda vero quid sibi vult exordium illud „calliditatis atque artis plenum, quo conatur ostendere, „plures adhuc virium nervos esse Reip., nisi commo-„tos priori sermone cives fuisse ad opem ferendam, „sed timere, ne, cum minus potentia valeant, id fieri „possit?“

Hac igitur oratione postulari, ut praecesserit alia, qua Athenienses commoti fuerint ad bellandum. — Multas a Philippo iniurias sibi et illatas esse et instare, qui civium incorrupti erant, negare non poterant; Philippum autem puniri et reipublicae vires restitui gratum iis esse debebat non solum medio, sed ineunte quoque bello. Quidni ergo in prima oratione non solum attenti fuerint ad rem novam audiendam, sed etiam laetati de bellandi occasione? — At metuebant

regis potentiam. — Quidni igitur orator iam in prima oratione id ipsum, quod maximam difficultatem obiiciebat, removeat? quidni summa utatur arte calliditateque ad celandam Philippi potentiam, ad extollendas reipublicae vires? quidni spem certissimam prae se ferat, fore ut vincant? Immo postularemus, si haec secunda esset, ut inveheretur in eos, quod fortunam sese offerentem neglexerint. Contra apparet, quam recte in prima spem magnam simulaverit, ut ab initio inde animum suis adderet. Praeterea valde probabile videtur, quod Iacobsius dicit in libro Demosth. Staatsr. p. 214. *„Es ist sehr wahrscheinlich, dass sich in den Gemüthern des Volks eine starke Neigung für das Bündniss gezeigt hatte.“* Etenim hoc etiam illius aetatis proprium erat, ut, quod fortunae spe cupide arripuerant, cupide idem instante labore remitterent. Vere quoque monuit Rüdigerus: „quum de singulari divino beneficio, de imbecillitate opum Philippi, de mente sociorum a principe alienata et ipsorum civium desidia „exponat, inprimis animos audientium ad rem ipsam „convertere vult.“

Argumentationi ita finem imponit Lucchesinius:

„Tertia denique suo loco removeri nequit. Quippe parum isthic orator commoratur in suadenda opitulandi necessitate, sed veluti id iam fuerit constitutum, quempiam ita loquentem inducit: „quem nostrum fugit, iis opem ferendam esse? nec ferre utique recusamus. At quo consilio id a nobis curari possit, explanare opus est, atque isthuc nervos omnes intende.““ (pag. 51. init. Reisk.)

Negavit Lucchesinius, post hanc orationem aliam

sequi posse; e qua recusasse cives auxilia doceamur. — At si post illam orationem nihil memoratu dignum gestum erat, nonne denuo nolle cives strenue rem gerere orator exprimere poterat atque debebat? Quare cum non mutaretur Atheniensium animus, necessarium erat, ut continuo Demosthenes ad bellum eos impulerit. Consilium vero, quomodo, quibusque opibus belligerandum sit, in tertia exponit eo uberius, quo magis ad singula quaeque descendit. Ergo etiam hac in re falsus est Lucchesinius. [5]

Superest difficultas, quam Iacobs. Demosth. Staatsr. p. 295. invenit in loco III. p. 10. l. 28. *πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει.* Quo enim modo exspectandum erat, Philippum pacem cum Olynthiis compositurum esse tunc, ubi illi (si haec est tertia) ad incitas iam redacti erant; ubi minabatur Philippus, iam in eo rem esse, ut vel ipse Macedoniam, vel suam urbem Olynthii deserere debeant? (Dem. Phil. III. p. 113.) — Sed nexum si accurate inspexerimus, etiam ea dubitatio evanescet. Nam hac in oratione cum id ostendat, Athenienses suae maxime utilitati studere, si Olynthiis auxilium mittant; terrorem quoque ipsis incutere vult, ne summa consilii Philippi sit, Athenienses, non Olynthios hoc bello opprimere: propterea pacisci cum Olynthiis cupere eum dicit. — At videt, quod verbis praecedd. *ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ — τρέψηται κ. τ. λ.* contenderat, nisi celeriter legatos mitterent, metuendum esse, ne pacisceretur Olynthii cum Philippo, his verbis se dubitationem quandam excitare potuisse; poterat enim inde colligi, Olynthios ipsos per se non firmiter

stare, sed facile in Philippi partes trahi. Quare idem h. l. iterum tangit: Quod ad Olynthios attinet, eius rei curam mittite; neque enim est, quominus illi constantes sint, siquidem succurritis, *δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις κ. τ. λ.* Ergo non nisi id, quod antea dixerat, ne perperam intelligatur, efficere studet. Succurrit etiam, quod Weisk. de hyperb. III. p. 52. protulit ad idem Iacobsii argumentum refutandum: „Nam oratorie illud magis, quam vere dicitur, quasi Philippus „rebus iam bene gestis timeat continuatam cum Atheniensibus Olynthiisque iunctis contentionem.“

DIONYSIANAM COLLOCATIONEM OMNINO VERAM ESSE.

Iam cum obstaculorum illorum ne unum quidem sit, quod Dionysio vere repugnet, sed reperta etiam plura, quae rationi eius plane faveant, progrediamur ad aliam partem, qua inquiramus in

III.

PHILOCHORI DE BELLO OLYNTHIACO NARRATIONEM.

Priusquam ad demonstrandam ex orationibus ipsis Dionysianae collocationis necessitatem nos accingamus, opus est, ut belli narrationem exponamus, quod tum demum apparebit, num quae externa orationum singularum causa quaerenda sit. At priorem Olynthi historiam si enarrare vellemus, rem ageremus, cuius non est arcta cum nostra disputatione necessitas. Quare nos eam historiae Olynthiacae partem tractandam eligimus, de qua vel nuperrime dubitatum est.

Philochorus apud Dion. Hal. ad Ammaeum VI. p. 734. Reisk. haec narrat:

„Καλλίμαχος Περγασῆθεν. Ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις πολε-„μουμένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμ-„ψασιν οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοή-„θειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς δισχιλίους, τριήρεις δὲ „τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.“

Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταυτί· „Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων, τῶν ἐπὶ „Θράκης, θλιβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσαμένων „Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι „τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα „τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεν„τήκοντα καὶ ἑκατὸν ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν „Βοττιαίαν μετ᾽ Ὀλυνθίων καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.“ Ἔπειθ᾽ ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί· „Πάλιν „δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθή„νας καὶ δεομένων, μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμη„θέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι „βοήθειαν, μὴ ξενικήν, ἀλλ᾽ αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμ„ψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, „τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακο„σίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ „στόλου παντός.“

E Philochoro igitur, assentiente Dionysio, discimus, ter ab Olynthiis legatos Athenas missos esse, terque auxilium ab Atheniensibus latum; quam sententiam amplexi sunt Cel. Iacobsius et Bekkerus. Rüdigerus vero Philochori testimonium reiiciens nescio quomodo, orationum nostrarum alteram excipere alteram aut profectam esse ex altera, negat, sed suo quamque modo auditorum animos commovere. Qua in re quid sibi voluerit vir doctus, cogitatione comprehendere nequeo. Nam cum orationibus ipsis multa insunt, quae sententiam eius falsam esse probant; tum necessarium est, ut, nisi Demosthenem una serie omnes protulisse contenderis, alio quamque tempore, et, nisi per intervallum cives vel tacuisse vel certe nihil egisse dixeris,

alia quamque occasione habitam esse concedas. Porro necessarium est, ut altera ex altera profecta sit, sive quid inde effectum sit, sive nil effectum. Unde hanc quaestionis partem iudicio parum severo a Rüdigero tractatam esse facile contenderim [6]. Quin Rüdigerum eorum, quae l. l. dixerat, postea poenituit p. 117., ubi plura ipse affert ad firmandum Libanii iudicium: Olynthiis succurrisse Athenienses, priusquam secunda (vulg. III.) oratio habita fuerit. At quum ne ibi quidem Philochori narrationem denuo examinet aut confirmet; par est, ut credamus, placuisse ei etiam tum rationes, quas contra Philochorum excogitaverat. Nam addit p. 117. Philochori verba, sed ea tantum, quibus de prima Charetis expeditione agitur. At quo iure hisce Philochori verbis magis crediderit, quam sequentibus, aut quidni Charidemum missum esse maluerit, de hac re ipsa iam videamus.

Et primum quidem obstaculum, quod ille monstravit, nullam orationibus mentionem insertam esse legatorum, quos ter miserint Olynthii, quamvis pulcherrime ea re uti potuisset orator ad instigandam suorum segnitiem; hoc ipse postea removisse videtur, quum p. 117. concedat, ante secundam orationem auxilia quaedam missa esse Olynthiis. Nam neque in illa oratione mentio fit legatorum iterum missorum; nec sane mirum; silentio enim ea praetermittuntur a Demosthene, quippe quae nota sint omnibus: aut cur omnino nuntios publice allatos repetat?

Deinde vero, quod Philochorus narrat, primo praesidio ab Atheniensibus misso praefuisse Charetem, alteri Charidemum, tertio iterum Charetem, id ei veri-

simile non videtur, quod Charetem nuper res pessime gerentem cives experti fuerint. Sed exempla nobis suppetunt, quibus difficultatem hancce superabimus. Nam Charidemus, quanquam Olynthiis olim Amphipolim contra Athenienses defendentibus operam suam navaverat, tantum tamen abfuit, ut hominem perfidum Athenienses punirent, ut eum non solum mercede conducerent, sed etiam iure civitatis, denique, quasi de republica optime meruisset, coronis donarent. (Vide programma scriptum a Rumpfio prof. Gissensi. 1815.) Docemur inde, haud veritum esse populum etiam honoribus eos cumulare, qui civitati male prospexerant. Quid? cum de Charete ipso, postquam mores eius libidinosos et sordidos perstrinxerat, Theopompus apud Athenaeum XII. p. 532. C. D. haec dicat? *Καὶ τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις· ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν· καὶ δικαίως· καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων.* Cuius loci habitum etiam si hyperbolicum quodammodo nominemus, non est tamen, quod rem abiiciamus; quippe quae non aliena sit ab illius temporis moribus. Vid. Iacobs. p. 4. et Ol. II. p. 38. l. 5. *ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι:* ubi recte Rüdigerus: „eos tangit, qui mercenariis praeerant, ut Chares, Charidemus, Diopithes aliique.“ [7]

Iam cum nihil supersit, quod impediat, quominus Charetem primae ac tertiae expeditioni praefuisse pu-

temus, videamus, anne Charidemo quoque ducis nomen vindicari possit.

Namque Theopompus apud Athenaeum X. p. 436. C. ἐν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ περὶ Χαριδήμου τοῦ Ὠρείτου διηγούμενος, ὃν Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποιήσαντο, φησί· „τήν „τε γὰρ δίαιταν ἑωρᾶτο τὴν καθ᾽ ἡμέραν ἀσελγῆ — — — „καὶ εἰς τοσοῦτον προῆλθεν ἀκρασίας, ὥστε μειράκιόν τι „παρὰ τῆς βουλῆς τῆς τῶν Ὀλυνθίων αἰτεῖν ἐπεχείρησεν, „ὃ τὴν μὲν ὄψιν ἦν εὐειδὲς καὶ χαρίεν, ἐτύγχανε δὲ μετὰ „τοῦ Δέρδου τοῦ Μακεδόνος αἰχμάλωτον γεγενημένον.“ Liquet inde Charidemum Atheniensis exercitus ducem Olynthi commoratum esse, idque eo tempore, quo bellum Olynthii cum Macedone gerebant, quum in captivitate tenerentur Macedonum nonnulli.

Res igitur ipsa suadet, ut Philochori narrationem accipiamus. Qui quum non solum nostratibus, Hemsterhusio (ad Schol. Plut. 1003. p. 333.) et Heynio (ad Apollod. 3, 14.) impense laudetur, sed Straboni quoque (IX. p. 399. sqq. Tzschuck.) inter scriptores rerum Atticarum numeretur τοὺς λόγου ἀξίους, quumque propter ἀκρίβειαν laudetur a Dion. Hal. (tom. II. p. 123. Sylb. tom. VI. p. 721. sqq. Reisk. coll. Lenz. apud Siebelis. de Philoch. p. 5.); non est, cur soli Libanio credamus narranti in Argum. II. (vulg. III.) ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι᾽ αὐτῆς. Neque enim e fontibus haec videtur hausisse, sed aut finxisse ex orationis habitu, aut obiter e memoria laudasse.

At repugnare Philochoro videtur locus quidam in Demosthenis oratione de fals. leg. p. 426. Reisk. μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντα ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς

καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρακισχιλίοις, οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι. Quo nixus Lucchesinius in adnotatt. histor. p. 500. „quae quum Demosthenes referat, in-„quit, oculatus testis, ὡς ἐν παρόδῳ repudiandum est „Philochori testimonium." Ut plura in Lucchesinii libro deprehenduntur vestigia, quibus cupidius quaestionem nostram ab eo tractatam esse proditur; ita hoc loco studium eius opinionem praesumtam firmandi causa fuit, cur in errorem induceretur Rüdigerus, cum Demosthenis verba nexumque minus accurate respiceret. Rüdigerus enim de Demosthenis verbis ita loquitur: „De auxiliis denuo missis nulla fit mentio, cuius quis neget, hic opportunissimum fuisse locum?" — At ipse Rüdigerus non negabit, auxiliis parvis ter missis multo minus socium adiuvari, quam copiis illis omnibus in unum collectis et semel missis. Atqui intererat illo loco Demosthenis, ut quam plurimum ab Atheniensibus Olynthiorum rem sublevatam esse ostenderet. Largitionibus enim res maximas perdi probare studet; quod multis exemplis postquam ostenderat, Olynthiis idem accidisse dicit; eos enim antea opibus multo minoribus Lacedaemoniis admodum validis per longum tempus restitisse. Sed ubi auri cupido eos incesserit, donaque singuli acceperint a Macedone, quamvis duplicem virium magnitudinem nacti fuerint, magnisque copiis Athenienses succurrerint, brevi tamen a Philippo eos victos esse. — Quare par erat, ut numerum Demosthenes accurate persequendo non imminueret, sed quatenus poterat, oratoria licentia augeret. Et sane id hoc loco statuendum est. Ergo etiam id concedendum erit, auxilia tria cogitatione in unum ab eo

esse collecta, atque tantum abesse, ut Philochori testimonium infringat, ut certissime illud confirmet. [8]

Verum omnino, etiam si Philochori testimonium nobis deesset, cuius narrationi etiam hoc affert auctoritatem et fidem, quod in exponendo copiarum numero ad singulos numeros accurate referendos descendit; vel ipsius Demosthenis numerum falsum esse iudicarem; Athenienses enim ea desidia, eaque, qua tunc erant, debilitate tantas illas copias una eduxisse vix censendi sunt.

Quare, quum ne unum quidem argumentum iure contra Philochorum prolatum sit, Philochorus autem Demosthenis mentione mire confirmetur; narrationem eius pro vera habeamus, necessarium est.

Ex hac autem quaestione quantum lucis disputationi de orationum ordine affundatur, exemplo demonstrare iuvat. Saepius quidem in sequentibus huc redeundum erit; sed exemplum illud cum ob argumenti gravitatem, tum ob transitum inde faciliorem ad ostendendam ex orationibus ipsis Dionysianae collocationis veritatem, hoc loco exponere satius duximus.

Nam singulas has orationes habitas esse, postquam singulis vicibus Olynthiorum legati Athenas pervenerant, praeeunte Philochoro cum statuamus, necessarium est, ut tertiae orationi ea legatio causam dederit, qua *μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων* Olynthii rogaverant, ut Philochorus tradit l. l. Iam in prima quidem oratione Demosthenes adhortatur suos, ut promptos se ostendant utque ipsi proficiscantur. pag. 21. sub fin. *εἰσφέροντας, ἐξιόντας.*

p. 25. fin. εἰσφέρειν χρήματα, αὐτοὺς ἐξιέναι προθύμως, et in fine orationis: πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος. Sed valde erraret, qui propterea hanc orationem tertio loco poneret; per mercenarios enim nihil frugi perfici aliunde satis persuasum habere poterat orator. Quid ergo mirum, si iam in prima cives adhortabatur, ut ipsi manus operi iniicerent, priusquam ab Olynthiis hac de re monitus erat? In secunda vero oratione (vulg. III.) rem illam innuit magis, quam apertis verbis suadet. p. 36. fin. τὸ μὲν πρῶτον καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος κ. τ. λ. dum suae aetatis homines comparat cum maioribus. vide etiam p. 58. — At in tertia p. 10. sub fin. καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. p. 16. init. στρατευομένους αὐτούς. Qua in re id praecipue nos offenderet, quod in oratione, quae nobis secunda est, si esset tertia, mentio vix fieret eius rei, quam tanquam summam Olynthii petierant, ut Philochorus docet. Iam propterea necessarium est, ut oratio, vulgo prima, tertio loco ponatur. Subvenit denique huic sententiae, quod in tertiae orationis fere initio collocatum est: ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον. Hinc sine ulla dubitatione colligitur, in id maxime, quod necessarium ipse indicaverat, quodque nunc ab Olynthiis petebatur, Demosthenem voluisse civium animos intendere, quod non nisi hoc modo res peragi posset.

Qua ex re tantus inter Demosthenem et Philochorum consensus extorquetur, ut et Philochorus et Dionysius vere scripsisse videantur.

Sed veritas tunc maxime elucescet, ubi adversarios sibi ipsis repugnantes viderimus. Atqui paucis

verbis ostendamus Lucchesinium satisfacere sibi non potuisse, siquidem acumine paullo consideratius usus fuisset. Nempe Philochoro in conscribenda historia pro fontibus erant inter alia Demosthenis orationes auctore Dionysio ad Amm. tom. VI. p. 742. Reisk. Iam etsi falsa essent omnia, quae de Olynthiorum tribus legationibus missisque illis auxiliis disputavimus, fugere tamen Lucchesinium non debebat, etiam hac via Dionysianum ordinem vindicari. Etenim si Philochorus ex orationibus ipsis narrationem suam composuit, ex ea certe Olynthiorum rogationem: *πέμψει βοήθειαν μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων* petiit, in qua maxime Demosthenes cives, ut ipsi stipendia facerent, adhortatus erat. Ergo necessarium est, ut Philochoro quoque, qui Ol. CXVII. (coll. Dion. Hal. tom. V. p. 636. Reisk.) floruit, eadem oratio, quae nobis, ultima fuerit.

Qua disputatione, inventa iam externis rationibus veritate, hoc facilior progressus fit ad

DEMONSTRANDAM EX ORATIONIBVS DIONYSIANI ORDINIS VERITATEM.

Cum ob argumentorum ex orationibus ipsis petendorum nimiam multitudinem, tum ob rei ipsam conditionem necessariam aptissime in duas partes dividetur materia. Nam cum exstent rationes aliae, quae singulis quibusdam membris sententiisque continentur, aliae, quae toti orationis cuiusque indoli insunt; duplex item probandi genus exhibebimus: quorum posterius quomodo instituendum sit, suo loco videbimus; illud autem materia non eo ordine, quo in orationibus sin-

gula sese sequuntur, enotanda commode absolvi existimo, sed colligendis singulis ad suas argumentationis partes: ita ut, nisi hoc praemonitum esset, primo adspectu disiecta omnia viderentur. Hac vero ratione aliquantum impeditur, quominus innumera recoquantur aut vi dicantur minori; nam prorsus evitari hoc non potuit. Utraque autem parte removenda quaedam sunt, quae speciem quandam prae se ferunt, acsi defendi iis possit ordo vulgatus, nondum quidem ab adversariis enotata, sed quae vix latebunt sedulum orationum lectorem.

IV.

ARGVMENTA E SINGVLIS INDICIIS DESVMTA.

Quod si verum est, orationem eam, quae vulgo secunda est, primam esse, sic omnia dicta erunt, ut si nunc primum de legatorum Olynthiorum petitione deliberetur. Nam si secunda esset, opus esset, ut invenirentur nonnulla, quae nobis persuaderent, Athenienses bellum iam suscepisse.

Atque statim in orationis initio locus occurrit, quo dubitatio omnis tollitur. Nam si verum est, quod supra haud leviter nos evicisse putamus, statim post primam orationem auxilium Olynthiis missum esse et bellum susceptum ab Atheniensibus; non video, quomodo haec oratio secunda esse possit, qua gaudium Demosthenes exprimit, quod Olynthii contra Philippum bellum *gesturi sint.* p. 18. l. 10. τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας [9] Φιλίππῳ γεγενῆσθαι καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτ. κ. τ. λ. Quin et si falsa esset Philochori nar-

ratio neque auxilium latum esset post orationem primam; propter id ipsum, cum ordinem vulgatum sequeremur, vesanum concionatorem Demosthenem conspiceremus. Mentene captus est is, qui, postquam frustratus est primae orationis eventu, non fere desperat inque civium ignaviam invehitur, sed summo gaudio belli occasionem praedicat, quam spernere suos modo viderat? — At ea de re cum plura dicenda sint, ubi de totius orationis, si prima est, necessaria adumbratione disputabimus; removeamus difficultatem aliam ultro se offerentem. Possit enim esse, qui dubitet de huius loci vera lectione, quum πολεμήσαντας exhibuerit Wolf. ex uno codice. Nimirum molesta lectio πολεμήσοντας fuit ei, qui ordinem vulgatum sequebatur. Ratio enim, qua Rüdigerus Wolfii lectionem explicari posse putat, non erit omni ex parte probanda. Cur enim vertit: facti sint tales, ut *possint* bellum gerere? Ad Hermannum quidem provocat de emend. rat. gr. gr. p. 187. quod exempla ibi afferantur, quibus comprobetur, aoristi forma significari etiam *posse*. Sed alteris istis exemplis nonnisi *solere* aoristo exprimi docemur; ita ut, ubi hoc potest adhiberi, tum tantum illam significationem locus ferat: quod qui rem facere solet, etiam potest. Sed quod Olynthii soliti sint cum Philippo bellum gerere, id nec plus facit ad Demosthenis praesens gaudium, nec verius est, quam alterum, quod proponi possit, laetari Demosthenem, quod prius unquam cum eo bellaverint. [10] — Sed quum ex iis, quae diximus, satis appareat, non nisi ad tuendum ordinem vulgatum πολεμήσαντας receptum esse, acquiescamus in lectione πολεμήσοντας, quam Bekkerus

et Rüdigerus e libris optimis, Aldina utraque, Voss., Harl. in textum receperunt.

Aliud haud leve vestigium reperimus in hisce: p. 21. l. 25. *προς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἢ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ.* Quum in sequentibus adderet, Thessalos non contentos esse ea conditione, quae ipsis cum Philippo intercederet, spem inde in civibus excitare voluit, fore, ut illi quoque cum Atheniensibus sese coniungerent, si bellum contra Philippum ab his iam decretum esse audirent. Orator igitur supponit, ignotum Thessalis esse, contra Philippum Athenienses aliquid moliri. Sed post unamquamque orationem auxilium missum esse, supra demonstravimus. Quod si Olynthii auxilia iam petiissent et accepissent, quomodo Thessalis id ignotum esse poterat? Neque ergo oratio alia nostram antecessit, sed verus est Dionysianus ordo. Etenim fortasse nemo est, qui haec callide ab oratore conficta esse existimet, atque contendat, haud quidem fugisse Thessalos, foedus cum Olynthiis ab Atheniensibus iam iunctum et auxilium latum esse; sed, quum eventu secundo res caruerit, hoc Thessalis plane ignotum simulasse Demosthenem, quo nunc quidem strenue cives se gererent auxiliumque promitterent. Nescio enim, qualis haec sit calliditas, qua negamus ea, quae omnes cognita habent. Demosthenes igitur vere locutus est, cum paullo post quidquam gestum esse negaret: p. 21. l. 29. *σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύναι ἕξουσιν κ. τ. λ.* Nam cives ne verba quidem Olynthiis hucusque dedisse, sequentia docent, quibus

in universum Athenienses propter loquendi pollicendique copiam vituperat, attamen ne verbo quidem idem nuperrime in Olynthios commissum esse queritur. Nemo vero negabit, Demosthenem hoc vix omissurum fuisse, siquidem iure fieri potuisset. — Quare haec oratio prima est, nisi oratorem temporis suique oblitum fuisse statuamus.

Subnectimus hisce propter materiae similitudinem ea indicia, quae de vulgati ordinis veritate persuadere possint iis, qui Philochori testimonium abiiciunt, nobis autem, quo iure illud amplexi sumus, eodem etiam primum locum orationi nostrae vindicare videntur. Nam cum certum sit e Theopompo apud Athen. XII. p. 532. C. D. multitudinem valde laetatam fuisse de victoria, quam reportasse Chares gloriabatur, comprehendi nequit, quomodo silentio praeterire orator potuerit, quod Athenienses multum se hoc bello perfecisse certe ipsi putabant. Quidni eos vituperaverit, ut in oratione secunda (vulg. III.)? Atqui Demosthenem ipsum audimus asserentem, nihil plane hucusque ab Atheniensibus gestum esse. Cuiusmodi est, quod p. 24. l. 29. legitur: multo praestantiorem Philippi conditione Atheniensium fore statum, si *καὶ κατὰ μικρὸν, ἃ προσήκει,* peragere velint. Qua in re id primum animadvertendum est, etiam si respicitur ad oratoris hyperbolen, tanta fortuna Olynthiorum res adhuc contineri, ut vel parvis copiis servari possint. Id quod ab initio tantum dici poterat. Comparetur enim hoc cum severa admonitione, ut opem ferant, quae legitur in tertia, quo appareat, nostram post tertiam sequi non posse. Tum vero luce clarius inde fit, manum

negotio eo usque cives non iniecisse; cuius rei praeterea haec confer exempla: p. 24. l. 5. *Οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς, καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται* [11]. p. 24. l. 32. *ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες*. Neque enim vere e verbis hisce concludi potest, praemissam quidem esse orationem, fructu autem eam caruisse. Nimirum Demosthenes etiam illud tempus innuit, quod bello Olynthio antecesserat. Cf. enim p. 25. l. 22. *εἰ μηδὲ εἷς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύναται λογίσασθαι, πόσον πολεμεῖτε χρόνον Φιλίππῳ καὶ τί ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος.* p. 25. l. 28. *σχεδὸν ταὐτὰ ἅπερ νυνὶ ποιούντων ὁ χρόνος ἅπας διελήλυθεν.* Quae omnia Philochoro plane contraria essent, si orationem nostram de primo loco expellere conaremur.

Itaque e tribus hisce argumentis, 1) quod occasionem praedicat orator bellandi, quam tandem nacti sint sui, 2) quod ignota Thessalis esse ponitur Olynthiorum cum Atheniensibus de foedere contra Philippum iungendo deliberatio, 3) quod nihil hucusque ab Atheniensibus hoc bello tentatum esse ex oratione coniicere licet; hinc orationem nostram primam esse, satis constare puto.

Demonstrandum iam esset, secundam orationem (vulg. III.) nec primam esse posse, nec tertiam. Sed ubi de ceteris orationibus iudicium firmatum erit, haec in iustum locum per se trahetur. Neque enim disputatio de eius loco ex ea ipsa pendere potest, quum

omnes in eo consentiant, ut post primam (vulg. II.) ponatur; id quod facile patet ex orationis initio, unde docemur, de vindicta a Philippo repetenda cives iam cogitasse. Progrediamur igitur ad orationem tertiam, et quae ibi reperiri possunt singula natalis vestigia, ea examinemus.

Atque si tertia fuit haec oratio, necessarium est, ut, quo magis de bello strenue gerendo deque obstaculis removendis cogitare cives neglexerint, eo maiori orator hyperbola utatur, qua et pigritiam eorum perstringat, et, qui metus, quae spes supersit, instante periculo acerbior exponat. Qua in re si quid obscurius in prioribus orationibus narratum erat, id ab oratore intervallo magis edocto clarius exprimetur. Porro instantius ad bellum aggrediendum admonebit et viam, qua opes sibi parare possint, certius ostendet. Sed etiam huic rei inerunt quaedam, quorum antea iam facta erat mentio; quibus si nova quae adderet non habebat, verbo tantum rem tangere poterat, quod ex iis, quae prius dixerat, aperta erat eius sententia. Necessarium igitur est, ut haec oratio e praecedentibus demum intelligatur. Denique iustum est, ut in consilio de bello gerendo orator ad singula quaeque descendat magis, quam in prioribus factum erat, quoniam res ad extremum devenerat. — Apparet inde, quae via nobis ingredienda sit. Nam cum omnia, quae in tertia dicuntur, e prioribus orta atque aucta sint; huius orationis argumenta diligenter conferenda sunt cum singulis, quae in reliquis orationibus continentur, indeque belli progressus explicandi.

Videamus primum de illo argumento, quo de causis agitur, cur auxilii missi fructus omnino nullus fuerit; id quod ex eo intelligere licebat, quod Olynthiorum tertia legatio tertium auxilium petebat. Causarum novum quidem genus non affertur, sed de quo Demosthenes semper questus erat, socordia ac temeritate rem male gestam esse, id etiam nunc affirmatur. p. 13. l. 20. τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; Ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθ' ἕκαστον ἀεί τι τῶν πραγμάτων ὡς ἀλυσιτελές κ. τ. λ. Sed in modo ac tenore cernitur quaedam differentia; iure enim se eos reprehendere probare studet. Scil. mira videri possit civium interrogatio, cur talia obiiciat: quippe quae tum demum obiicienda fuissent, ubi oratoris spem plane irritam fecissent. Colligi inde posset, primam esse hanc orationem, quod de auxilio mittendo cives nondum rogati, itaque non reprehendendi fuerint. Tantam autem hyperbolam orator sibi non permittit, ut Athenienses auxilium tulisse omnino neget; hoc tantum dicit, cives sua vix tueri, Philippum autem, nisi nova acquirere possit, nihili aestimare ea, quae habeat. Nam vide, quam lepide Demosthenes, se quum defendat a civium indignatione, concedendo, esse quaedam quae gesserint, hoc acerbius eos vituperet. Etenim verbis: εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται, ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον — τῶν πραγμάτων, addit istud ἐῤῥωμένως, quo concedit eos rem quidem aggressos esse missis contra Philippum auxiliis, sed talibus, a quibus sperari prorsus nihil potuerit. At ne uno tantum exemplo audacius res niti videatur, in

memoriam revocentur, quae supra in cap. III. fine monuimus de loco p. 9. l. 5. quo noster locus explicatur: *ἐῤῥωμένως* enim ibi erat *αὐτοὺς ἀντιλαμβάνεσθαι.* — Quae quum ita sint, haec oratio prima esse non potest. Etiam hoc intelligitur, cur auxiliorum, quae misisse cives mirum quantum gloriabantur, mentionem orator plane nullam fecerit. Est enim eadem hyperbole oratoria, quam notavit Weisk. P. III. p. 32. „Demosthe-„nes dum mitti tandem auxilia iubet, his more orato-„rio significat, pro nullis habenda esse, quae adhuc „miserint.“

Quibus peractis progrediendum est ad eam partem, qua, quid timendum vel sperandum sit, a Demosthene indicatur. Etenim quo plus temporis praeterierat, eo minor supererat spes, eo maior fiebat metus. Atqui Demostheni periculum in dies crescere videtur. p. 12. l. 4. *Εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους* (*τοὺς Ὀλυνθίους* [12]), *εἶτ᾽ Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τις ἐμοὶ, τί τὸ κωλῦον ἔτ᾽ αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται;* — innuit Athenas, ut rectissime monet Rüdigerus. Nimirum hoc iam metuendum esse, nunquam ostenderat in praecedentibus orationibus. At quum crescente periculo ab Olynthiis legatos missos esse statuendum sit, plane perverse loqueretur, si maximum periculum initio monstraret, postea vero, ubi et res et legati instigabant, sileret. Nam ut cum Rüdigero (prolegg. p. 89.) ex hoc loco Olynthum obsidione tunc iam pressam fuisse suspicer, id efficit locus p. 14. l. 27. sqq. *Εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας τοῦτο Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται, εἴτε βοηθη-*

σάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προςκαθεδεῖται καὶ προςεδρεύσει, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. Unde verisimile est, supponere Demosthenem, Olynthum obsidione iam cingi. Accedit, quod sub finem orationis nostrae p. 16. l. 1. sqq. optionem dari dicit orator Atheniensibus bellandi vel in sua patria, vel in Olynthiorum finibus. — Quibus omnibus in summo discrimine rem iam versatam esse, satis indicari iudico.

Eodem redeunt illi loci, quibus demonstratur, quae spes Atheniensibus supersit. Nam quum summo premente periculo facile fiat, ut animum despondeant homines, prudentis oratoris erat, spem excitare, quantum pro rebus fieri poterat. Sed tum spes fundamento haud admodum firmo niti solet, propter id ipsum, quod summum imminet periculum. Id quod huic orationi convenit. Quis enim Demostheni ad verbum credet, perturbatum fuisse Philippum, cum Charetis istius et Charidemi exercitus Olynthiis succurrerent? Aut quis putabit, Philippum horruisse Olynthiorum potentiam, quum oppida eorum vel diruisset vel in potestatem redegisset Olynthumque ipsam oppugnaret (vid. Rüdig. prolegg. p. 75.)? aut timuisse Thessalos, qui non per arma sed per legatos res repetebant? — Et sunt tamen haec Demosthenis verba: p. 15. l. 29. sqq. Ἀλλ' ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα αναιρήσεσθαι, κατα διέψευσται. Τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονός, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει· εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. Sunt omnino haec talia commenta, quibus erigere studemus eos, qui periculo oppressi de felici eventu iamiam desperant. — Hoc

autem nemo nobis obiiciet — quanquam id parum infringeret praecedentis argumenti vim — oratorie Demosthenem rem futuram cogitatione praecepisse tanquam praesentem, ita ut ταράττει pro ταράξει dictum sit etc. Id enim vel idcirco non potest admitti, quod ταράττει etiam ad τὰ τῶν Θετταλῶν pertinet, quae res non futura, sed praesens erat. Nam vide verba Demosthenis ipsa p. 15. l. 5. sqq. cf. etiam Ol. I. p. 20. l. 24. et quae de iis locis postea monebimus. Quare illud διέψευσται vere perfectum et ταράττει ac παρέχει vere praesentia sunt. Deinde etiam hoc accedit, quod orationis indoli magis convenit tempus praesens et perfectum, quam futurum; nam quum desperantium animi erigendi essent, maioris momenti erat, eiusmodi res proferre, quibus perturbatum iam esse Philippum aliquis credere poterat, quam eas, quae adhuc gerendae erant, ita ut eum postea demum perturbatum fore sperari potuisset. — Quae si vere disputata sunt, duplex nobis argumentum tradunt. Animum despondebant Athenienses, quod minus facile ante operis cuiusdam initium fieri videtur, quam quum eventu parum secundo res iam tentata est; ergo haec oratio non in belli initium cadit. Deinde autem haud obscure auxilium ab Atheniensibus iam latum esse ostenditur per τοῦτο ταράττει αὐτόν. Nam τοῦτο non solum ad ea refero, quae Olynthii, sed etiam ad ea, quae Athenienses hoc bello contra eum moliti erant. Neque enim propterea perturbatum Philippum aliquis nominare poterat, quod Olynthii ei resistebant; nam hac re parum Philippum impeditum esse orator ipse non negasset, idemque periculo, quod a Philippo imminere paullo

post expositurus erat, nimie contradixisset; sed propterea Macedonem metuere dicit, quod Athenienses rei se immiscuerant coniunxerantque sese cum Olynthiis, a quibus coniunctis oratorio sane modo Philippo dicit magnum timorem iniici. Cf. Weiskii verba, quae subiecimus capiti II. Porro si qui erant, qui e verbis p. 9. l. 9. ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν Lucchesinio ἤδη vertenti *nunc tandem* nimium confisi colligerent, nullas adhuc copias contra Philippum missas esse, eos pacatos videmus ab eodem Weiskio l. l. p. 52. not. Ergo haec oratio, si quid video, prima esse non potest, sed debet esse tertia.

Firmabitur iudicium nostrum, ubi verba, quae paullo post leguntur p. 15. l. 4. quibus de Thessalis agitur, contulerimus cum loco simili orationis primae. Namque Ol. I. p. 20. l. 14. Thessalos a Philippo deceptos esse narrat; ibid. p. 21. l. 25. legitur: καὶ γὰρ νῦν εἰσὶν ἐψηφισμένοι Πυγασὰς ἀπαιτεῖν καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι. Concedo equidem, legationem ad Thessalos, quam posteriore loco Demosthenes postulaverat, non esse missam, cum in oratione tertia de mittenda legatione ita loquatur, ut si nondum missa sit: sed usque ad tertiam concionem Demosthenem certiorem de rebus Thessalis factum esse iure accipimus. Nec sane obscure id latet in oratione tertia. Nam pro illo λόγους ποιεῖσθαι in tertia dicitur κεκωλύκασι τειχίζειν, quod quamvis recte quis de eadem re intelligendum esse censeat, tamen, cum distinctius expressum sit, posterius dictum esse aptius iudicamus. Etenim habuit etiam orator, quod ad priorem illam notitiam plane novum accesserat: ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων,

ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι, quae profecto ita dicta sunt, ut si novam famam accepisset. Etiam propterea haec oratio est tertia.

Venimus iam ad rationem, qua bellum gerendum esse docet. Nam cum ea, quae civibus commendaverat, neglecta viderit, et propter consilii inopiam male gesta ea, quae inceperant; ipsum tandem rectam viam verumque consilium aperuisse supponere possumus.

In oratione III. p. 16. l. 23. haec habemus: *Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ᾽ ἃ δεῖ, κ. τ. λ.* — Num sciebant, ad quos legati mittendi essent? — Scil. ad Olynthios, sciebant ex hac ipsa oratione p. 10. init. Sed plures civitates ipse in mente habuisse videtur, cum ἐφ᾽ ἃ δεῖ diceret, atque omnino ad plures mitti iubebat Atheniensium totiusque Graeciae status. At ipsum oratorem omisisse rem gravissimi momenti, quae maxime ei cordi erat, aut oculorum nutu tantum indicasse, num credibile est? — Omnino rem satis gravem iudico, quae altius repetatur. Ut ostendat, Philippum nunc quidem minime esse validum, inter alia hoc suis reputandum tradit, quam infirma conditione Philippi cum Thessalis iuncta amicitia nitatur. Deinde exhortatur suos, ut strenue res capessant legatosque mittant, ἐφ᾽ ἃ δεῖ. Poterat quidem aliquis valde acutus inde coniicere, de legatione ad Thessalos mittenda sermonem esse; sed quid ceteri? — Iis non nisi in universum ad maiorem industriam excitare orator videri poterat, postquam spem adhuc reliquam ostenderat. Nam ut legatos ad Olynthios ad foedus firmandum

nunciandumque novi auxilii adventum iterum mitterent, id commemoratione satis dignum erat. (Vide, quae dicebamus ad refutandum primum Lucchesinii argumentum.) Ea igitur restat difficultas, quod sententiam imperfectam orator tunc protulisset. At quid? si oratorem eadem de re consilium aperuisse viderimus, nonne haec omnia intellectui satisfacient? Et profecto in oratione I. p. 21. l. 25. haec verba habes: πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταὐτά, τοὺς δὲ παροξυνεῖ. Hinc pulchre omnia procedunt: nam etiam hoc loco causam, cur illa suadeat, eam addit, quod Thessalos Philippo infestos esse sciat. Iam postquam in tertia oratione idem dixerat, statim exhortatio sequitur, ut legatos mittant ἐφ' ἃ δεῖ. Idem igitur sententiarum nexus hic idem suasit. Quare, nisi quis neget, pulchrius intelligi ea, quae verbo tantum tacta sunt, si praecesserit expressa et distincta rei enarratio, quam si non praecesserit; hoc argumento uno satis demonstrari puto, orationem nostram primam esse non posse.

Sed priusquam hoc argumentum relinquamus, removendus est error, in quem facile incidere aliquis possit. Solemus enim tunc in expositione aliquid omittere aut nutu tantum indicare, ubi res omnibus cognita esse ponitur, ideoque, ubi de eadem paullo antea disceptatum fuerat. Fortasse est, qui inde colligat, verba ἐφ' ἃ δεῖ non posse ad ea respicere, quae in prima concione dicta erant, quod haec remotior fuerit, sed ad ea, quae in concione ab alio quodam prolata fuerint, priusquam Demosthenes orationem suam habuerit; ita ut argumento illo, quod supra exposuimus,

non impediatur, quo minus hanc orationem primam faciamus. Sed manca haec est conclusio. Nam etiam si verba ἐφ' ἃ δεῖ non ad illa respicerent, quae in oratione prima dicta erant, sed ad concionatorum de eius rei utilitate deliberationes, tamen hasce ex orationis primae loco illo originem duxisse, consentaneum est. Praeterea quis ita suae salutis immemores credat Athenienses, ut vel eorum obliti fuerint, quos ad belli societatem incitare iussi erant?

Demosthenes deinde aliud consilium addit, quod si sequantur cives, sperat fore, ut vincant. Quod, priusquam ipsi examinemus, perpendamus, quae Rüdigerus attulit: „Iam in hac (scil. quam nos tertiam fa„cimus) et in ea, quam Dionysius secundam facit, dis„serit de pecunia theatrali in usum militarem adhiben„da, ita, ut Ol. II. 4, 1. dicat, μὴ θαυμάσητε, ἤν παρά„δοξον εἴπω τι τοῖς πολλοῖς, νομοθέτας καθίστατε. Ol. III. „6, 4. videtur eam rem iam tetigisse, quod apparet ex „his verbis: τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι „στρατιωτικά;" [13] Recte quidem Rüdigerus his verbis aliquid inesse vidit, sed malim rem minus breviter tractasset. Quomodo enim e verbis τί οὖν, ἄν τις εἴποι, κ. τ. λ. sequi potest, Demosthenem eam rem iam tetigisse? Colligiturne id ex ταῦτα, an e tota sententia? — At consentaneum est, sententiam illam non respicere ad remotiora, sed ad propiora, itaque non ad orationem secundam, sed ad Ol. III. p. 14. l. 5. ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά. Est fortasse, qui nobis obiiciat, non nominasse Demosthenem pecunias eas, quae in στρατιωτικὰ mutari velit, itaque non apparere, quomodo

cives intelligere potuerint, non esse, nisi τὰ θεωρικὰ, quae στρατιωτικὰ iterum esse debeant, indeque postulari, ut illud ταῦτα non ad Ol. III. p. 14. l. 5. referatur, sed ad eiusmodi locum, ubi τὰ θεωρικὰ nominentur. Sed quis profecto contendet, civium quenquam fugisse, τὰ θεωρικὰ antea fuisse στρατιωτικά; Deinde Demosthenes ipsum hoc verum nomen rei tribuens reprehendit nomen et usum malum. Omnem denique dubitationem tollit ipse addendo: ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν ταῦτα κ. τ. λ. Quem, inquam, latere adhuc poterat, θεωρικὰ Demosthenem innuere? — Quare ταῦτα non ad illa orationis secundae verba referendum est.

Attamen verbis illis aliquid inest, quod in constituendo vero ordine nobis aliquod auxilium ferat, modo autem paullo diverso extorquendum. Nam pone, non esse tertiam nostram orationem, sed primam, eam vero, quae nobis secunda est, esse tertiam, ut vulgo volunt. Iam quum in oratione tertia iterum τὰ θεωρικὰ in στρατιωτικὰ mutari iubeat, sequitur, Athenienses Demosthenis consilium de pecuniis recte adhibendis, quod in oratione prima dederat, ante secundam non audivisse. Attamen in oratione secunda (nobis prima) de re tam gravi tamque necessaria ne verbum quidem legitur, sed in universum εἰσφέρετε. Iam quomodo orator, quod inter prima rei adminicula esse iudicabat, in oratione secunda praeterire poterat et reservare in occasionem futuram, ergo in concionem, si Diis placet, tertiam, cum non procrastinandum, sed tempore agendum esset? Urgente enim temporis angustia postulamus, ut augeatur cuique viro bono in consiliis dandis

audacia, ita ut, quae unice salubria esse ducat, proferre non vereatur, periculum quamvis ei instet. Propter id ipsum vulgatus orationum ordo laborat.

Possit etiam id in sententiam nostram afferri, quod in secunda (vulg. III.) exponat, quo modo illa de theoricis lex abroganda sit (cf. p. 38. init.), in tertia autem (vulg. I.) a malevolorum criminationibus, qui eum ipsum legem illam abrogare divulgaverant, orator sese purgare videtur. Coniunctum est cum ea re, a qua fortasse haud procul Rüdigerus aberat, quod in oratione tertia res brevius vehementiusque tractatur, in secunda vero non solum eo loco, quem Rüdig. laudavit, sed etiam p. 37. fin. et pag. 38. fuse lateque de re tam gravi agitur. Inde demum explicatur, cur in tertia tam brevi esse ei licuerit.

Cum variae orationum occasiones ipsae postulent, ut consilia de bello gerendo Demosthenes pro vario rerum statu immutaverit, videamus etiam de loco Ol. III. p. 14. l. 20. ubi duplici exercitu, altero in Macedoniam profecturo, altero Olynthum defensuro bellum suscipiendum esse rationibus idoneis ostendit. Quod quum in hac oratione sola occurrat, iure nobis videmur interrogare, quid ad quaestionem propositam faciat. Etenim huius rei rationem aliam non conspicimus, quam prioris; quum profecto miraremur, si initio tantum consilium hocce orator dedisset, in reliquis autem orationibus praetermisisset, quanquam suos eam viam neglexisse videbat. Contra optime haec oratio tertio loco ponitur: initio enim sufficiebat, si animum firmare, metum eiicere contigerat ostendendo, satis adesse virium. Postea vero, cum rem ab iis videret tentatam, modo

autem parum idoneo, ita ut tota fere conciderет, tum quam maxime oratoris erat, viam ostendere, qua ingrediendum esset, idque non in universum, sed eo melius, quo magis ad singula quaeque descendebat. Et sic fere fit in orationum nostrarum ultima.

V.

DIONYSIANA COLLOCATIO A TOTO ORATIONVM HABITV POSTVLATVR.

Perlustratis momentis singulis, quae ad probandum Dionysianum ordinem seorsim tractari possunt, operam aliquam etiam ei argumentationi navemus, qua, si cum illis rationibus consenserit, nulla potest esse firmior, sed etiam debilior nulla, ubi in se sola nixa rem decernere ausa erit: eam dico, quae sensu quodam veri et tactu magis, quam visu reperitur. Quae ratio ut tum demum momentum facit, ubi ceteris rationibus accessit, ita saepe hoc tantum desiderari potest, ut illis non adversetur. Neque enim, nisi cui acumen lynceum est, ad singula quaeque descendere ita licet, ut ratio reddatur accuratissima, cur hoc, non alio modo res expressa sit. Quare hanc partem sic absolvamus, ut orationes singulas itinere continuo peragremus, in iis tantum commorantes, quae ad disputationem nostram videntur aliquod momentum habere. Quod disserendi genus cum tale sit, quo orationum quasi tota forma referatur, quatenus finis noster ea tangitur; necessarium est, ut dubitationes illae reprimantur, quas priori disputatione leviter tetigimus. Quas inter id praecipue

memorandum est, quod ex orationibus ipsis ter legatos venisse terque auxilium esse latum non possit perspici. Initium fiat iterum ab oratione illa, quae Dionysio prima est.

OLYNTHIA PRIMA.

Praeclarum huius orationis initium, quo Demosthenes belli novi occasionem praedicat optatque, ut dignos tanto Deorum beneficio cives sese ostendant, quidni vel leviter inspicienti suspicionem moverit de vulgato ordine, vix mente comprehendas. Nam etiam si de voce *πολεμήσοντας* dubitatio erat, sola tamen illa oratoris spes persuadere debebat, hoc saltem bello nihil Athenienses omisisse, quod postulari ab iis iure poterat. Longe alium profecto oratoris conspiceremus animum, si huic concioni alia quaedam incassum praemissa fuisset. Cuius rei in argumentum sententias ex utraque de primo loco dubia concione afferamus simillimas. Namque postquam in primae initio bona spe exposuerat, Deorum magna erga Athenienses benevolentia Olynthios cum Philippo bellaturos, suosque eam occasionem occupaturos esse, in tertia, dum rem eandem tractat, his verbis utitur p. 10. fin. *οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπεται. νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον, κ. τ. λ.* Neminem esse existimo, quin sentiat, oratorem hic acriter eos pungere, quod rem eandem, quam ita magniloqui antea desideraverant, iam, ubi contigerat, pudenda segnitie negligant. Iam vide, quam male verba illa primae conveniant.

Sunt fortasse, qui dicant, quoniam postea in ipsa hac oratione orator queratur de suorum desidia, tribuendum esse hoc exordium arti cuidam oratoriae, ut se confisum civium voluntati Demosthenes simulet benevolentiamque captet. Iis facile damus, oratorem eiusmodi arte usum fuisse, qua cives, quos lentiores fore aliunde satis suspicari poterat, suo bono animo firmaret animumque pulchra spe augeret. Sed ea res, cur primae orationi non conveniat, aut potius quomodo vulgatum ordinem adiuvet, hoc edoceri velim.

Apte deinde orator procedit ad explicandos Philippi mores, recensens primum, quanta ille perpetraverit in Athenienses, tum, quanta in ceteras Graeciae civitates, perfidia et malitia usus summa. Qua in re cum suos exacerbare, tum ostendere voluit, quanto Philippus contemtu dignus sit. Etiam hinc videtur colligi posse, orationem hanc fuisse primam. Despiciendum enim proponit hostem puniendumque propter malitiam. Atqui ubi ira fastidioque instigare studemus, ibi res nondum eo processit, ut terrore ad stimulandum indigeamus. In sequentibus vero orationibus Demosthenes civitati iam metuit. Est ergo prima haec oratio.

Postquam explicuerat, Philippum populos, qui ipsius imperio pareant, fide vere sibi conciliare non posse, in ipsum Macedonis domum inquirit, nec magis fidos ei esse dicit domesticos et familiares, quam socios atque subditos. Quibus omnibus ut satis suos excitatos credit, se victores fore, subiicit, si quantulumcunque strenue se gerant et patrum fiant filii non dissimiles.

Finem denique orationi imponit ostendendo, cur prius contra Philippum omnia male gesta fuerint; quae qua ratione emendanda sint, in universum indicat.

Totius orationis igitur summam si contraxerimus, orator haec dicit: bellum contra Macedonem non repudiandum esse, sed propter arrogantiam atque perfidiam Deorum benevolentia faustoque omine quum rex *puniendus* nunc detur, hanc occasionem cupide arripiendam esse.

Iam animadvertendum est, Olynthiorum legationem hac in oratione verbis expressis nusquam commemorari, sed intactam eam rem Demosthenem reliquisse. Nec tamen negabitur, hac occasione optime legationis ab Olynthiis missae mentionem fieri potuisse, qua suos orator exhortaretur, ut strenue succurrerent. — Unde colligimus: 1) neque in ceteris orationibus necessarium fuisse, ut legatos iterum atque iterum missos esse enarraret, quoniam in prima non minor fuerat occasio, quam in illis; 2) nec quae, nec quoties auxilia missa, nec quae ab iis gesta fuerint, Demostheni commemorandum fuisse. Nam nisi de legationibus verba facere debebat, postulari non potest, ut exercituum missorum gesta expresse enarraret, quoniam arctissime hi nuncii cum legationum commemoratione cohaerebant. Nimirum, quod supra diximus, qua expositione id eget, quod omnium est in conspectu? Ergo commemoratio eodem iure, quo fieri poterat, poterat etiam non fieri. Repressam inde iudicamus Rüdigeri, quam supra notavimus, suspicionem, nec legatos, neque auxilia ter esse missa.

OLYNTHIA SECVNDA.

Videamus iam de illa oratione, quam nos cum Dionysio secundam facimus; in qua cuique statim occurret, quamquam innuitur magis, quam disertis verbis exprimitur, iam aliquid contra Philippum ab Atheniensibus gestum esse [14], sed eo modo, ut, quas inde laudes populus sibi vel ipse tribuerat, vel concionatores viles, Demosthenes eas immeritas esse comprobet. Inest quoque, quod orationem priorem primam esse clare evincat. Negat enim in secundae exordio, de ultione a Philippo sumenda cogitandum esse, sed cavendum, ne ipsi maius etiam damnum ab eo contrahant. Quod si haec contulerimus cum illis, quae primae orationis tanquam summam invenimus, puniendum esse Philippum, cui oculato haud persuasum erit, ultionem potius in prima locum habere, quam in sequentibus?

Queritur orator deinde de suorum ignavia, quae assentantium quorundam laudibus in dies augeatur, ita ut cives magna se perfecisse credant. Siculi priores occasiones socordia praetermiserint, ita nunc ignominiose perdi rempublicam. Postea vero, quum verba fecisset de opibus, quibus bellum gerendum esse censet, amaro sermone stultitiam eorum perstringit, qui verba factorum vice fungi putent, officiique neglecti, ubi ne ipsi quidem strenue se gesserint, duces accusare atque dulcia ante iusta eligere non vereantur. Finem denique huic orationis parti lucentem imponit comparando suae aetatis homines cum maioribus. At accidit hic idem nobis, quod paullo antea notavimus;

quid si comparamus huius orationis opprobria cum spe, qua in prima omnia sustinentur et eriguntur?

Claudit hanc orationem admonitione, ut omnes cum pecuniae tum militiae onus libenter subeant; quem in finem rerum publicarum mutationes nonnullas proponit, quibus facile res peragatur. Pulchre haec Dionysiano ordini conveniunt. Nam in prima huic rei tantum temporis non tribuit, quam in hac oratione; de tertia vero vide infra.

Quanquam de auxilio misso sermo in hac oratione non fit, sed e vestigiis quibusdam exercitum profectum esse colligi licet; tamen Philochori adversarii ipsi, Libanius, Scholiastes, Lucchesinius et Rüdigerus copias quasdam Olynthum missas esse concedunt. Quare etiam ante orationem tertiam, quum in ea nec plura nec pauciora verba de auxilio fiant, quam in secunda, exercitum profectum esse cum Philochoro statuere licet. Vides igitur, orationes ipsas Philochori narrationi non repugnare; id quod postulavimus in cap. V. exordio.

OLYNTHIA TERTIA.

Superest, ut etiam tertiae orationis tenorem ita comparatum ostendamus, ut suo iure hunc locum obtineat.

Magna ab initio temperantia orator progreditur, diversa tamen ab ea, qua inchoat in prima. Sensisse enim ipsi videntur cives, auxilia necessaria esse, sed inter desidiam et voluntatem incerti fuisse (p. 9. l. 7. ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς

αὐτά.), cum a prioribus auxiliis, quibus officio molesto satisfecisse sese fortasse crediderant, per Olynthiorum legatos, nihil fere effectum esse, certiores fierent. Cui periculoso rerum statui orator ita mederi studet, ut, cum cives commotos esse videat, eos adhortetur, ut ipsi in castra proficiscantur utque nolint mercenarios quosdam procul ab urbe versari solitos ideoque segnitiae testibus carentes mittere, ut antea Charidemum. (Huc enim refero verba ὅπως ἐνθένδε βοηθήσετε καὶ μὴ πάθητε, ὅ περ καὶ πρότερον. l. l.) Metuendum enim esse, ne Philippus Atheniensium cunctationem iactitans Olynthiis persuadeat, eos omnino non subventuros esse. Tum modo aliquatenus simili, minime vero eadem laetitia, atque in prima, Philippi copias recenset, quas perfidia rex ipse imminuat, atque Deorum beneficium negligi demonstrat, si ista occasio non occupetur [15]. Sed illa utriusque orationis sententiarum similitudo minime contra nos facit. Neque enim videmus, cur in tertia alienius a re fuerit, ostendendo suorum vires Philippique infirmitatem tractando civium animos erigere, quam ignaviam obiiciendo hostiumque copias enumerando eos opprimere. Tamen neque haec oratio opprobriis caret gravissimis; cf. praeter ea, quae supra notavimus p. 13. l. 20. sqq. ibid. l. 10. sqq. ubi vehementius sane invehitur, quam initio aptum fuisset.

Adiicitur postea ipsius de belli gerendi ratione, de opibus comparandis et de ceteris in societatem advocandis sententia, qua de re supra uberius locuti sumus.

Iam subiicit orator, summum imminere periculum, nisi hoc ultimo temporis spatio res fortiter geratur: discernendum iam esse, utrum in hostico duobus exercitibus bellandum sit, an in patria ipsa. [16]

Quare, quum in prima de Philippo puniendo, in secunda de metu, ne quid detrimenti ab eo capiatur, in tertia denique de certamine sermo fiat, quo vel vincendum, vel summo patriae periculo pugnandum sit; inter omnes, Dionysianum ordinem verum esse, satis constare existimo.

EPIMETRVM.

[1] De Dionysii fide derogare videtur, quod pleraeque in epistola ad Ammaeum orationes Demostheni tribuuntur, quae Demosthenis esse nullo modo possunt. (Qua de re vide Rüdigerum in programmate acute scripto: De canone Philippicarum Demosthenis, Friberg. 1820., quod liberaliter V. D. mecum communicavit.) Sed iam animadversum est ab A. G. Beckero (in libro Dem. als Staatsm. u. Redn. p. 285.), quomodo a Grammaticis orationes illae in canonem recipi potuerint. Dionysius vero hac epistola, nec quae orationes verae, nec quae supposititiae sint, ostendere voluit, sed quo quaeque tempore ponenda sit, canonem illum quam maxime secutus. Quem nisi sequeretur ubique auctoritate plurimum valentem, fortasse sciebat, fore plerosque, qui etiam de verarum orationum tempore dubitarent. Hoc ut statuamus, id ipsum nos commovet, quod alibi (vid. Rüdig. l. l. p. 9.) de eiusdem orationis de Hal. veritate dubitat, quam in epistola agnovit. Sciebat enim, canoni non omni ex parte credendum esse, sed mutare in hac re non potuit, nisi fusior, quam tunc ei licebat, in eadem epistola esse voluit. Quae quomodocunque se habeant, non obstant tamen, quo minus orationes Olynthias secundum canonem ab eo laudatas esse accipiamus.

[2] Veterum grammaticorum locos, quibus orationes nostrae laudantur, diligentissime collegit *Carol. Gustav. Eduard. Pinzger*, Hirschbergensis, Semin. Reg. Philol. Vratisl. sodalis, iuvenis mihi

amicissimus, quocum una in certamine litterario, ad quod hac de orationibus Olynthiis quaestione provocabat illustris Philosophorum Ordo, victoriae laudem retulisse magno mihi honori duco. Ea liberalitate, quae inter amicos intercedit, ille communicavit mecum ipsam scriptionem suam, e qua hauriam, quae dissertationi meae utilia reperiam. Quae, ne de auctore lectores incerti sint, littera P. designabo. Sed propterea quoque gratias ei debeo, quod disputationibus nostris fere quotidianis multa etiam in ceteris opusculi partibus distinctiora reddebantur et emendatiora. Amicus ad nostrum locum haec scribit:

„Ordinem orationum vulgatum sequuntur grammatici veteres „et scholiastae complures, quos laudare non abs re esse videtur.

„Scholiastes anonymus ad Hermogenis librum de inventione „p. 352. Ἐν μέντοι τισὶ λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα, δυσὶ μὲν ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, „ὧν πρότερον μέν· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι (init. orationis II. „secundum Dionysium), δεύτερον δέ· Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς „(p. 29, 5. R.). τρισὶ δέ, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὀλυν„θιακῶν, ὧν πρῶτον μέν· Ἐπὶ πολλῶν μὲν (p. 18, 1.), δεύτερον „δέ· Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄ. Ἀ., τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι (p. 18, „16.), τρίτον δέ· Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλεῖν (p. 19, 9.).

„Sopater ad Hermogenem p. 313, 6. Δεῖ τὸν ἔμφρονα ῥήτορα „θαῤῥοῦντάς τε παρὰ τὸ δέον τοὺς συμβουλευομένους καταπλῆξαι, „φυλαττόμενον ἐν τούτῳ τὸ εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν· ὅπερ καὶ „ὁ ῥήτωρ ἐν τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν ἐκ προοιμίων ποιεῖ. (respicit „p. 28, 4. R.) καὶ πάλιν ἀθύμως διακειμένους ἐγεῖραι καὶ φρονή„ματος ἐμπλῆσαι, φυλάττοντα κἀνταῦθα, ὅπως μὴ παραχθῶσιν εἰς „καταφρόνησιν καὶ ῥαθυμότεροι γένωνται. τοῦτο δὲ πρῶτος μὲν „Ὅμηρος ἐποίησε — — Δημοσθένης δὲ καλῶς ἐζήλωσεν ἔν τε τῷ „προειρημένῳ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν καὶ ἐναργέστερον ἐν τῷ περὶ „τῆς εἰρήνης κ. τ. λ.

„Idem ad Hermog. p. 315. Ἔστι κἀκεῖνο τῶν τελικῶν κεφαλαίων „τὸ ποτὲ μὲν καθολικοὺς ἀφορισμοὺς προθέντα πρὸ τῶν προκειμέ„νων, οὕτως ἐπάγειν τὰς κατὰ μέρος ἀποδείξεις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς

„μερικαῖς κατασκευαῖς ἐπάγειν τοὺς ἀφορισμούς. Καὶ πολλὰ τῶν „τοιούτων παρά τε τῷ Θουκυδίδῃ καὶ τῷ Δημοσθένει τὰ παραδεί„γματα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, προτάξας τὸν ἀφορι„σμὸν ἐπάγει τὰς κατασκευάς· ἀλλ' οἶμαι παρόμοιόν ἐστι καὶ περὶ „τῆς τῶν χρημάτων κ. τ. λ. cf. p. 12, 8. R.

„Apsines p. 707. circa finem ed. Ald. Κέχρηται δὲ καὶ Δημο„σθένης προσωποποιΐᾳ, πρόσωπον ὑποθεὶς τὸν καιρὸν αὐτὸς ἑαυτῷ. „Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν Ὀλυνθιακῶν τὸν καιρὸν „παρεισήγαγεν, καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ λόγου ἥρμοσεν ἂν παρεισαχθεὶς „εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων· ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς ταύτας „ἀφιεὶς ἐφάνη τὰς φωνάς. Respicit p. 9, 10. R.

„Idem p. 696. circa finem: Ὡς ἐν τῷ ά τῶν Φιλιππικῶν πε„ποίηκεν ὁ Δημοσθένης — — εἰπών· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ὡς „— ἐναντίως ἔχει. p. 10, 14. R. Prima oratio Philippica huic ni„hil aliud est, nisi ea, quae vulgo prima Olynthiaca habetur. „Idem patet ex Harpocratione, de quo vid. Bremium in Symbola„rum philol. Helvet. fasc. I. p. 27. nota, et A. G. Becker in li„bro germ. Demosth. als Redn. und Staatsm. p. 266. not. 4. — „Weiskius de hyperbole dissert. III. p. 31. not. 21. dubitat, an „non vera sit lectio πρώτῳ in loco Harpocrationis, saepe enim in „talibus errari. At quum ab omnibus veteribus grammaticis, qui „has orationes numero addito laudant, ordo vulg. observetur, ego „Harpocrationi quoque hoc relinquendum esse puto. Firmatur „haec res, si modum consideramus, quo Harpocration reliquas „orationes Phil. laudare solet. Cf. Bremius l. l.

„Syrianus ad Hermog. de invent. p. 316. ult. τὴν δὲ διαφορὰν „ταύτην ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῶν πρώτῳ. τὸ μὲν „συμφέρον ἐξετάζων ἔφη, ὅτι συμφέρει Ὀλυνθίοις βοηθῆσαι. εἶτα „ἡ ἔκβασις. τοῦτο γὰρ ἡμῶν ποιησάντων ἐν Μακεδονίᾳ ἔσται ὁ „πόλεμος, μὴ συμμαχησάντων δὲ τοῖς Ὀλυνθίοις, ἐλθὼν εἰς τὴν „Ἑλλάδα Φίλιππος πολεμήσει τὴν Ἀττικήν. Respexit p. 16, 3. R.

„Scholiastes Hermogenis p. 386. circa finem: Πολλοὺς γοῦν „παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει λανθάνοντάς τε „ἰάμβους τε καὶ χωριάμβους ἐστὶν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμόνιον συν-

„θήκην τῶν λέξεων. Ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν (pag.
„10, 16. R.)

„Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι.
„Νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους

„τῆς χώρας κινδυνεύουσιν. — Illud εὐθὺς indicat, hunc schol.
„primam Olynthiacam in fronte totius Demosthenis legisse.“ P.

Adde quos Rüdigerus exhibet in programmate supra laudato, pag. 10.

[3] „In oratione enim ipsi prima (nobis III.) nondum, num „omnino ferendum sit auxilium, quaeritur, sed quomodo celerrime „et optime fieri possit.“ P.

[4] Male Lucchesinius suae magis de orationum ordine opinioni, quam grammaticae regulis obsecutus locum Ol. I. p. 18. vertit: „— quibus *antea* potiebamur, — socios, quos nobis for„tuna compara*verat*;“ obque id merito in reprehensionem incurrit apud Weiskium de hyperb. III. p. 32.

[5] Haud parum laetati sumus, cum postea Weiskii libellum inspiceremus, atque illius viri docti cum argumentatione nostram plane consentire cognosceremus. Difficultatem ibi praebebant calami errores nonnulli. Nam p. 31. l. 7. pro *quae iisdem secunda est* lege *quae iisdem tertia est*. Peperit hoc, cum ad priorem locum respiceret Weiskius, idem vitium l. 14., ubi pro *vulgo secundam* lege *vulgo tertiam*. Denique pro *tertia autem oratione* Weiskius scripsit *secunda autem oratione*.

Iuvat hic Weiskii verba, quibus nostra firmantur, repetere.

„Non vidit (Lucches.), oratione ea, quae a Dionysio fertur „estque prima, oratorem prudenti gravique amplificatione et pristi„nam in illis locis potestatem Atheniensium, et praesentem Olyn„thiorum in eos benevolentiam (Dem. 18, 14 — 16.) ipsiusque „populi Ath. augere studia, quasi ultro expetentis id ipsum, quod „suadet orator; tertia autem oratione, dum mitti tandem auxilia

„iubet, his eum, more item oratorio, significare; pro nullis ha„benda esse, quae adhuc miserint, in quo sane hyperbolicum ali„quid latere videtur. Nam non aliud dicit, nisi hoc, pergendum „esse intentis viribus."

[6] Necessarium erat, ut quaestionem eam paullo intentius tractaremus. Quod nisi faceremus, metuendum erat, ne de orationum ordine ex orationibus ipsis nihil plane concludi posset. Ipsius enim Rüdigeri argumentum, quod a theoricorum duplici commemoratione desumtum est, periret, si sententia eius vera esset.

[7] „Ipse Chares victoriam se reportasse gloriabatur, et Athe„nienses libenter ipsi credebant, ut apparet e secundae orationis „initio, ad quem locum Ulpianus p. 40. B. ed. Hier. Wolf. ἐν ᾧ „γὰρ ἐπηρμένον τὸν δῆμον καὶ μέγα φρονοῦντα τῇ νίκῃ συστέλλει „καὶ πρὸς φόβον καθίστησι." P.

[8] Mirum tamen videri possit, Demosthenem minorem navium numerum indicare. Hanc rem plane expedire vix licebit, nisi accipiamus, Demosthenem plenum numerum L navium praetulisse numero vero LXV navium, ut plenum haberet, eadem oratoria licentia, qua copiarum terrestrium numerum auxerat.

[9] *Πολεμήσοντας* illud Philochori verbis *'Ολυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φ.* quamvis contradicere videatur, revera tamen non contradicit. Etenim Philochorus historiam Atticam non scripsit, sed chronica Attica, eaque non copiosiora. Qua ratione istas inter Philippum atque Olynthios actiones, quae bello *τῷ κατ' ἐξοχὴν* praecesserant, singillatim non recenset, sed has ipsas iam ad bellum refert. Hoc enim facile nobis dabitur, Olynthios auxilia petiisse ab Atheniensibus, cum bellum immineret, non cum iam praesens esset.

[10] „Participium aoristi proprie significationem rei perfectae „habet, ita ut fere idem sit, quod part. perf. cf. Buttm. gr. gr.

„§. 124, 6. Porro si sic, ut Rüdigerus, interpreteris, χώραν ὅμο-„ρον κεκτημένους est subiectum, τοὺς πολεμήσοντας autem praedi-„catum, quod fieri non debere articulus demonstrat ante πολεμή-„σοντας collocatus; γεγενῆσθαι κεκτημένους iungendum est, et „sign. i. q. κεκτῆσθαι. *Eos, qui bellum inferre volunt Philippo, „possidere regionem finitimam.*" P.

[11] „Cum in ea oratione, quae Dionysio est prima, Liba-„nio cum reliquis secunda, cap. VIII. §. 4. legatur: Οὐ δὴ θαυ-„μαστόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς, καὶ παρὼν „ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόν-„των καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται: et cap. IX. „§. 1. νυνὶ δ' ὀκνεῖτε καὶ μέλλετε εἰςφέρειν ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐ-„τῶν κτημάτων, ex his locis Libanius conclusisse videtur, Demo-„sthenem, cum populus decretum differret auxilium, hac oratione „voluisse incitare civium animos. Sed male intellexit hos locos. „Priori enim loco in universum orator dicit, se non mirari, „Philippum ipsum omnibus rebus praesentem Athenienses, qui ex „statu reipublicae suae de omnibus rebus consilia capere (ψηφιζ.) „deberent, praevertere. De ope procrastinata h. l. sermonem non „esse, vel adiecta verba ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων demon-„strant. Alterum ad locum autem quod attinet, sensus eius est: „Miror, vos, qui aliorum causa maximos fecistis sumtus, nunc, „ubi vestra ipsorum res agitur, nil facere velle. Iam diu enim „vos decebat Philippo, cum Pydnam, Potidaeam, Methonen, „Pagasas al. expugnaret, bellum inferre. Cf. Olynth. III, 3, „§. 2. — Libanii igitur auctoritatem non est quod diutius mo-„remur." P.

[12] Ratione enim parum sufficiente Iacobs. vertit: *auch diese Gesandtschaft.* Respicit καὶ in verbis καὶ τούτους τοὺς ἀν-θρώπους potius ad ea, quae p. 11. a lin. 25. inde dicuntur; multas civitates ab Atheniensibus hucusque esse neglectas; ergo etiam hic Olynthiorum civitas subintelligenda est.

[13] Huc quum pervenerimus, haud abs re esse videtur, sententiam nostram proferre de loco varie tentato Ol. III. p. 14. l.

13. ubi Weiskius priorum interpretum rationes recte quidem reiecit, ipse autem viam iniit, quae non est probanda. Contendit enim (collato loco Olynth. II. p. 58.), Demosthenem cives adhortari, ut pecuniam illam bello στρατιωτικὴν, pace tantum θεωρικὴν faciant. Bene quidem. Sed lectio, quam inde profert: καὶ ταῦτ' εἶναι καὶ εἶναι στρατιωτικά, ea difficultate laborat, quod omnes, ni fallor, praeter Weiskium fugiet, exprimi per ταῦτα, pecuniae divisionem pace retinendam esse. Contra optima est Bekkeri lectio, qua praeeuntibus libris duobus ταῦτ' omissum est. Demosthenes enim amaro ludibrio non contendit, τὰ θεωρικὰ debere esse στρατιωτικά, sed opus esse στρατιωτικά, videant, unde sumant. Quisquis enim intelligebat, verum fontem, unde stratiotica hauriri deberent, esse theorica. — Accedit, quod huic lectioni faveat perspicuus librarii error; nam e verbis superioribus σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά huc ταῦτ' repetebatur.

[14] Id enim non solum ex huius orationis initio (coll. Ulpian.), sed ubique fere docemur. p. 30. l. 26. εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. Tulisse quidem opem cives, sed segniter, inde colligam. Videntur enim illud καὶ κατὰ μικρὸν in Ol. I. p. 24. l. 29. nimis ad verbum intellexisse. Simile quid, nisi obstinate quis contendat, respici tantum ad tempus ante bellum Olynth., invenimus in loco p. 29. l. 29. ἵνα τὰ λοιπὰ βέλτιω γένηται.

[15] p. 12. l. 16. τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον κ. τ. λ. — „Τὸν πόλεμον referri debere ad bellum Olyn-„thiacum, iam oppositio τοῦ πάλαι ostendit. Igitur non est, cur „cum Hoogeveenio ad Viger. p. 296. de eiiciendo articulo cogi-„temus. Is enim ex eorum opinione stans, qui hanc orationem „primam esse putant, dicit: „Quo bello? At nondum susceptum „„erat.“ Meminisse debebat, rectius hanc orationem tertio loco „poni, et inceptum iam bellum cogitari debere.“ P.

[16] Male enim dubitat Ulpianus, an non vera fuerit Demosthenis sententia, cum hoc consilium daret. Verba eius haec

sutut: *Καὶ ἔμοιγε δοκεῖ καὶ τὸν περὶ τῆς διπλῆς παρασκευῆς λόγον διὰ τοῦτο πεποιῆσθαι, οὐχ ἵνα δύο δυνάμεις ὄντως ἐξαποστείλωσιν — — — ἀλλ' ἵνα φοβηθέντες τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἀναλωμάτων, εἰ ἀνάγκη γένοιτο ἐκ τῶν οἰκείων ἐκφέρειν, πάσῃ γνώμῃ καὶ παντὶ τρόπῳ τῶν θεωρικῶν ἀποστῶσιν.* Nimirum Demosthenis non ea mens est, Olynthios servandos esse, ut theorica abrogentur, sed haec abroganda esse, ut illi serventur; duplicique tantum exercitu eos servari potuisse, quis non videt?

FASCICVLVS

OBSERVATIONVM PHILOLOGICARVM ET CRITICARVM

IN DEMOSTHENIS PHILIPPICAS

AVCTORE

IO. HENR. BREMIO.

IN ORATIONVM ADVERSVS PHILIPPVM I.

p. 22. l. 1. B. *) p. 40. l. 23. R. c. 1, 4. Rüd. ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον. Rüdiger uncis inclusit Ἑλληνικῶν, quod abest a multis codd. Sed quum ut pauci, ita praestantissimi codd. id teneant, nequaquam abiiciendum est, quum τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια in hac re quasi terminus quidam technicus sit, obvius etiam p. 43. l. 11. B. p. 25. l. 2. R. ad quem locum Scholiastes monet, bellum illud vocari τὸν πόλεμον τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων. P. 74. l. 21. s. B. p. 68. l. 5. R. appellantur τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων. Eadem περὶ Ῥοδίων ἐλευθ. p. 199, 16. opponuntur τοῖς ἰδίοις δικαίοις. Etiam aliis substantivis Ἑλληνικὸς similiter iungitur, ut Ἑλληνικαὶ πράξεις de Cor. p. 244. l. 28. p. 265. l. 3. ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς.

p. 22. l. 3. B. p. 41. l. 1. R. c. 2, 1. Rüd. ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε. Vere monet Rüdiger, eos, qui velint, ut res aliqua mentibus infixa haereat, vel binis verbis eam exprimere. Ex Demosthenis usu loquendi hoc aliquanto accuratius et per partes explice-

*) B. significat editionem Demosthenis Philippicarum ab Immau. Bekkero curatam *Berol.* 1816. R. editionem Reiskianam; Rüd: editionem Car. Aug. Rüdiger. *Lipsiae* 1818.

mus. Istam synonymorum coniunctionem Demosthenes praecipue amat in notione *cognoscendi, perpendendi, tenendi*, omnino eorum, quae mentis agitationem spectant, sive vocabulorum alterum a sensu externo petitum sit, sive utrumque ad internum pertineat. P. 38. l. 5. B. θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω. p. 113. l. 2. λογίζεσθε δὴ πρὸς θεῶν καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. p. 24. l. 27. ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων. Etiam substantiva sic iunguntur. p. 115. l. 20. Τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ. p. 40. l. 5. πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν, ubi Ulpianus absurde μετάστασιν interpretatur τὸ ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Ὄλυνθον ἐλθεῖν συμμάχους, Reiskius perperam καὶ μεγάλην τὴν μεταβολὴν ut glossam reiicit. Mutationis notio primaria est; hinc iunguntur synonyma. Notandum etiam hoc, quod Demosthenes, si allocutio adest, eam solet utrique interponere, ut nostro loco. p. 60. l. 21. ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε. p. 60. l. 6. s. Ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον. Κατὰ Ἀριστοκρ. p. 629. l. 25. R. σκέψασθε δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρήσατε. Raro vocativum postponit, ut p. 85. l. 20. ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν τοῦ ἔτους, et hic quidem recte propter obiecti amplitudinem. — Alterum est genus coniunctionis, quum utrumque vocabulum notione quidem cognatum sit, prioris vero significatio latius pateat, et posteriore definiatur. Locus est a nonnullis interpretibus vexatus *Olynth.* III. p. 57. l. 11. sqq. B. p. 10. l. 2. sqq. R. ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκ' ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν — — τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμε-

τέραν; τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων. Reiske dedit e coniectura *δρέψηται* pro *τρέψηται*, eumque secutus est vir elegantis iudicii Fr. Iacobs, vertens: „*Wir haben nichts so sehr zu fürchten, als dass dieser verschlagene Mann — — — vor uns her ernte und die Umstände zu seinem Vortheil kehre.*" Quae quidem mutatio lenis est, sed minime vera videtur. *Δρέπεσθαι* enim verbum est, quod a Demosthene neque propria neque tropica significatione usquam adhibetur: id quod grave est in nostro scriptore. Nam vocabula et phrases, quae similia sunt huius *δρέπεσθαι*, non semel sed saepius ab eo adhiberi solent, et, qua tropica significatione aliquando usus est, in ea usurpanda sibi placet. Porro quaeritur, num, si vocabulo *δρέπεσθαι* D. usus fuisset, huic *παρασπᾶσθαι* adiunxisset. Non credo equidem. Quid enim utriusque notioni commune? At contra lectio vulgaris prorsus est ex more Demosthenis. Saepe enim apud eum praecedit vocabulum, quod dicunt, generis, sequitur partis seu speciei, quod rem accuratius definiat. Sic *τρέπεσθαι* in genere est *convertere*, et ut generalis haec significatio perperam non possit intelligi, additur *παρασπᾶσθαι*: quod est *in damnum nostrum ad se rapere.* Exempla quaedam similia adiiciamus. P. 114. l. 15. *οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινῆσθαι καὶ ἐπιδεδωκέναι. Κεκινῆσθαι*, ut *τρέπεσθαι*, quamvis mutationem significat; sed ea per *ἐπιδεδωκέναι* in bonam partem definitur, ut *τρέπεσθαι* in malam per *παρασπᾶσθαι*. p. 87. l. 5. *αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν*, ut p. 101. l. 24. *αἰτιώμενοι καὶ διαβάλλοντες.* p. 90. l. 2. *φάσκειν καὶ ὁμολογεῖν.* p. 91. l. 16. *ἥξει πάντα καὶ διαφεύξεται πρὸς ὑμᾶς*, cum quo *περὶ*

Συμμορ. p. 181. l. 18. R. comparandum est *ἥξει καὶ δεήσεται.* Multis in eiusmodi locis *καὶ* reddi potest *et quidem.* Sic etiam substantiva iunguntur. P. 42. l. 4. *δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας. Κακοδαιμονία* significat, qualis illa *γνώμη* fuerit, scilicet quasi a malo quodam genio iniecta. p. 91. l. 17. *τῆς πολιτείας καὶ τῆς δημοκρατίας*, ut attentio moveatur. p. 110. l. 11. sqq. *κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει.* — Quamquam autem in vocabulis cognatae significationis tum apud ceteros scriptores, tum apud Demosthenem a minore ad maius progressio fiat, nonnumquam tamen noster a maiore recedit ad minus. P. 109. l. 28. sqq. B. *εἰ δέ γε δοῦλος ἢ ὑποβολιμαῖος τὰ μὴ προσήκοντα ἀπώλλυε καὶ ἐλυμαίνετο, Ἡράκλεις ὅσῳ μᾶλλον δεινὸν καὶ ὀργῆς ἄξιον πάντες ἂν ἔφασαν εἶναι!* Fortius praecedit, quoniam Demosthenes significare vult, id ipsum cadere in Philippum, quamquam ne alterum quidem, etsi mitius, tolerabile foret. Nos non uteremur particula *καὶ* sed *ἢ καὶ*, *oder auch nur.* Eodem modo p. 112. l. 4. s. *ἀντεισῆκται δὲ ἀντὶ τούτων, ὑφ' ὧν ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς.* Reiskius, his locis non offensus, mutavit, ubi caussa non erat, v. c. *de Cor.* p. 286. l. 18. sqq. *τί οὖν βούλεται (ὁ Φίλιππος), καὶ τίνος ἕνεκα τὴν Ἐλάτειαν κατείληφε; πλησίον δύναμιν δείξας καὶ παραστήσας τὰ ὅπλα, τοὺς μὲν ἑαυτοῦ φίλους ἐπᾶραι καὶ θρασεῖς ποιῆσαι.* Vulgo, quod recte revocavit Bekkerus, *θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι.* Sed Reiskius, „inverti, inquit, quia *ἐπαίρειν* debilius, alterum fortius est, et infirmiora praemitti, robustiora subsequi soleant.“ Nonnumquam etiam particulam *ἢ* eadem vi ponit, v. c. p. 53. l. 14. *ὁμοίως ἢ πα-*

ραπλησίως: περὶ παραπρεσβείας p. 439. l. 20. ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις; Hinc fit, ut posterius vocabulum diversae significationis multifariam prius definiat, sive caussam huius indicans, sive viam et rationem. P. 89. l. 24. sqq. νῦν δὲ δημαγωγοῦντες ὑμᾶς — — οὕτω διατεθείκασιν, ὥστ' ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούοντας, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ γιγνομένοις περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν. i. e. ferocire *propter* adulationes. p. 117. l. 29. τῶν δὲ πολλῶν εἴ τις αἴσθοιτο, ἐσίγα καὶ κατεπέπληκτο, *tacebat metu perculsus*. περὶ παραπρεσβ. p. 391. l. 18. sqq. R. οὗτοι δ' ἐχαρίζοντο πάντ', ἐνδεικνύμενοι καὶ ὑπερκολακεύοντες αὐτόν. adulationibus sese insinuantes.

p. 22. l. 25. B. p. 41. l. 21. R. c. 2, 5. Rüd. οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατ' ἂν δύναμιν. Nollem Rüdiger ex paucis nec optimis codd. revocasset ἐκτήσατο pro ἐκτήσατ' ἄν. Rarum enim est in Demosthene, quamquam non omnino inusitatum, ut e primo membro in secundum particula ἂν assumenda sit; sed plerumque ea repetitur ipsa, ut nusquam, nisi optimorum codd. auctoritate eam deleverim.

p. 25. l. 16. B. p. 42. l. 13. R. c. 3, 1. Rüd. ἂν θεὸς ἐθέλῃ. Rüdiger haec annotat: „R. ex uno Bav. dedit ἐθέλῃ, idem B.; sed saepissime hae formae inter se permutantur. vid. Sturz. Lex. Xenoph. II. p. 519." Sed haec non ita tractanda; verum attendendum est ad cuiusque scriptoris usum. Sunt enim, qui promiscue θέλειν et ἐθέλειν adhibeant, sola ducti euphonia, ut Xenophon. Alii ἐθέλειν unice usurpant, ut Plato, apud quem quod paucis locis haeret, θέλειν, optimorum codd. auctoritate emendandum erit. Tragicis so-

lum θέλειν in trimetris iambicis in usu est; utrumque in ceteris versuum generibus. In Demosthene longe frequentissimum est ἐθέλειν et proprium hoc apud ipsum. In hac formula tamen ἂν θεὸς θέλῃ non temere quid mutandum, quum etiam p. 42. l. 11. B. p. 24. l. 2. R. in omnibus codd. legatur ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι: quamquam hic fortasse propter hiatum scripsit θέλωσι, ut interdum post μὴ ponit θέλειν; vide p. 205. l. ult. R. p. 208. l. 15. sed non semper. Cf. v. c. p. 209. l. 13. 19. Etiam post εἰ inveni θέλω, κατὰ Μειδίου p. 585. l. 23. s. εἰ θέλοιτε et κατὰ Ἀνδροτ. p. 610. l. 2. Similia monenda sunt de οἶμαι et οἴομαι, quae a multis scriptoribus promiscue usurpantur. Demosthenes οἴομαι plerumque ponit sequente infinitivo; οἶμαι vero directae orationi inserit. Aliquoties tamen οἶμαι legitur sequente infinitivo, ubi nulla codd. varietas notatur: quod tum non mutaverim, quamquam Reiskium non ubivis accuratum in afferendis codd. lectionibus inveni. At, ubi libri variant, sine cunctatione praetulerim οἴομαι. Quavis enim pagina hoc ita Demosthenes usurpat.

p. 23. l. 29. B. p. 42. l. 25. R. c. 3, 3. Rüd. ἅνθρωπος Sic scripsit Bekkerus, ut alibi ἁνήρ, ἅνθρωποι cet. quando definitum est substantivum. Ante omnia in memoriam revocabo, quae Wolfius monet *Liter. Analekten* II. p. 458. „Pluribus, inquit, talium verbo-„rum vix opus est articulo, quod loca demonstrant, in „quibus omnes codd. praebent ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, etiam ἄν-„δρα, cui casui ex illa ratione τὸν addendum esset. Et „quoties vel unus Demosthenes in unis Philippicis li-„centius interpolandus foret, ubi Macedonum rex con-„temtim vocatur ἄνθρωπος, alii hostes ἄνθρωποι! Acce-

„dit, quod saepe sic discrepant libri, ut articulum a „paucioribus scribis additum potius quam a maiore „parte omissum censeas." Haec qui perpenderit et ipse scriptorum usum sine ira et studio attenderit, vix se dederit novandi libidini. Certa quidem sunt exempla, in quibus additum est adiectivum substantivo ἀνήρ sine articulo. *Sophocl. Aj.* 59.

ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
ὤτρυνον.

1135. Herm.

τοιαῦτ' ἄνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών.

Quidni etiam sine adiectivo, in oratione praesertim ad populum? quum *Brunckius* ipse concedat ad *Aristoph. Lysistr.* 152., Comicis licuisse substantivum sine articulo efferre; cum quibus oratores multa habent communia. Accedit, quod substantivorum permultis, quae ambiguitatem per contextum nullam admittunt, articulo non opus est. Ut nil dicam de πατὴρ et μήτηρ, πόλις saepe legitur sine articulo, quem Marklandus addere volebat in *Euripidis Suppl.* 1213., quanquam saepe deest in locis proximis: 1200. 1219. 1240. 1265. Herm. Ita etiam δόμοι, οἶκος cet. *Eurip. Androm.* 897.

ἢ σαφῶς ὁρῶ
δόμων ἄνασσαν τήνδε

ubi Brunckius sine caussa, neutiquam *postulante sensu*, reposuit τῶνδε. Similiter *Hel.* 512. Δόμων ἄνασσαν προςμένω. Cf. *Schaeferi Melet. Crit.* p. 4. s. *Wyttenbach. ad Plat. Phaed.* p. 258.

p. 24. l. 7. s. B. p. 43. l. 6. R. c. 4, 2. Rüd. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγοράν. Εἰπέ μοι est formula hortandi, quae etiam tum

ponitur, quum cohortatio fiat ad plures. Oratoribus et Comicis ea familiaris est. *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ* p. 108. l. 13. s. *εἰπέ μοι, βουλεύεσθε.* *κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 656. l. 2. *κατὰ Τιμοκρ.* p. 718. l. 15. *εἰπέ μοι, τί δεινότατον πάντες ἂν, ἀκούσαντες, φήσαιτε, καὶ τί ἂν μάλιστα ἀπεύξαισθε;* *Aristoph. Acharn.* 318. *εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται;* ubi vide Berglerum. — *Αὑτῶν* h. l. significat *ἀλλήλων*, ad quod librarii offendebant. Hinc alii dederunt *αὐτῶν*, alii *αὐτοὶ*, alii *αὐτοῦ*: quod postremum Reiske ut adverbium loci perperam recepit. Sin autem Longinus, hunc locum laudans, *ἀλλήλων* habet, aut glossam invenit, aut ipse consulto *ἑαυτῶν* mutavit. Eadem glossa multos codd. occupavit *de Cor.* p. 231. l. 12. *πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν.* Multi habent *ἀλλήλους.* p. 104. l. 23. *πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς, ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὑτοῖς.* p. 107. l. 6. *ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὑτοὺς οἱ Ἕλληνες.* p. 114. l. 52. *ἐπειδὰν δὲ τούτοις κρατῶν πρὸς νοσοῦντας ἐν αὑτοῖς προςπέσῃ.*

p. 24. l. 12. B. p. 43. l. 10. s. R. c. 4, 2. Rüd. *Τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ἀσθενεῖ; Τί δ' ὑμῖν διαφέρει.* Otiosos homines, novitatis avidos, in duabus primis enuntiationibus Demosthenes inducit. Secunda autem uno tenore et sublato interrogationis signo legenda videtur. Istius modi enim homines, alter altero melius et certius rem nosse volunt. Primus interrogat, num sciat et credat alter quod divulgetur, Philippum mortuum esse. „Minime vero, inquit alter, mortuus est, sed morbo laborat.“ Hic non interrogat, sed certo scit, quid verum sit. Demosthenes autem ridet utrumque: *Τί δ' ὑμῖν διαφέρει;* cet.

p. 25. l. 14. sqq. B. p. 44. l. 15. sqq. R. c. 4, 5. Rüd. οἴομαι τοίνυν ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων εἴ τις ἄλλος *ἐπαγγέλλεταί* τι. ἡ μὲν οὖν *ὑπόσχεσις* οὕτω μεγάλη, τὸ δὲ πρᾶγμα ἤδη τὸν ἔλεγχον δώσει· κριταὶ δ' ὑμεῖς ἔσεσθε. Rüdiger, „verbum ἐπαγγέλλεται, inquit, dicitur de iis, qui criminantur, aliquem concionari et reipublicae praeesse, quamquam non liceat. Cf. Harpocr. s. h. v. et Etymol. M. 353, 43." Quid his verbis hic voluerit vir d., non intelligo. Apud Harpocrationem legitur: Ἐπαγγελία σημαίνει καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι οὐκ ἐξόν. Λέγεται τὸ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προςτάττειν ἢ αἰτεῖσθαι, ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Etymolog. M. ἐπαγγεῖλαι καὶ ἐπαγγελία σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ πεπορνευμένων καὶ δημηγορούντων οὐκ ἐξόν· καὶ ἐπήγγελλε, παρεκελεύετο, προςέταττε. λέγεται καὶ παθητικῶς, καὶ ἐπαγγείλασθαι λέγεται τὸ κελεύειν ἢ καταγγέλλειν. Apparet ex his, ea, quam Rüdiger hoc loco aptam putavit, significatione nonnisi activum ἐπαγγέλλειν adhiberi, activum autem et medium significatione προςτάττειν, κελεύειν. Neutra autem hoc loco apta. *Taylor*, qui varias huius verbi significationes accurate explicat ad orationem *de falsa legat.* p. 345. sqq. Appar. Reisk., ait, hic significare *operis formam proponere, rem seu argumentum delineare et rationem instituere eius, quod esset exsequendum:* quam significationem quo magis commendet, legendum coniicit ἄλλο pro ἄλλος, quod vel molestus hiatus dissuadet, ut nil dicam de separatione ἄλλο — τι. Mihi quidem ἐπαγγέλλεται et ὑπόσχεσις consulto videntur opposita. Ut enim iam veteres Grammatici notarunt, ὑπισχνεῖσθαι est

polliceri, quod praestare velis et possis; ἐπαγγέλλεσθαι promittere, quod praestare non possis, sive vanitate ductum, seu lucri studio, seu alia caussa. εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι est igitur „si quis alius vana et magnifica promittit"; ὑπόσχεσις contra eius est, qui, quae conducunt et fieri possunt, promittit.

p. 26. l. 7. s. B. p. 45. l. 7. R. c. 6, 1. Rüd. ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν καὶ παρεσκευάσθαι προσήκειν οἴομαι. Rüdiger revocavit παρασκευάσασθαι, quod factum nollem. Nam plures libri παρεσκευάσθαι commendant, idque fortius est, quippe quum necessitatem involvat, ut isthaec parata et instructa sint. Eodem modo p. 82. l. 11. sqq. περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι. Saepe haec vocabula confusa sunt, atque interdum παρεσκευάσθαι ex optimis libris restituendum, ut περὶ Συμμορ. p. 178. l. 13. R. ὃν ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα παρεσκευάσθαι, ubi ἄν, quod *posse* significat, iungendum cum παρεσκευάσθαι. Similiter etiam alia praeterita ponuntur. περὶ Συμμορ. p. 182. l. 23. s. καὶ τὰ μὲν σώματα οὕτω φημὶ δεῖν συντετάχθαι. Infra p. 37. l. 27. B. δυεῖν ἕνεκα συμφέρειν ἡγοῦμαι εἰρῆσθαι. Etiam aliis locis librarii eiusmodi praeterita mutarunt, ut περὶ Συμμορ. p. 178. l. 20. R. εἰ δὲ παρελθὼν εἷς ὁςτιςοῦν δύναιτο διδάξαι καὶ πεῖσαι, τίς παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν πορισθεῖσα χρήσιμος ἔσται νῦν τῇ πόλει, πᾶς ὁ παρὼν φόβος λέλυται: ubi duo codd. λυθήσεται habent.

p. 27. l. 20 — 24. B. p. 46. l. 19 — 22. R. c. 7, 2. Rüd. καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν — — καὶ αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι. Rüdiger reduxit vulgarem ordinem ὑμᾶς αὐτούς. Sed αὐτοὺς

praeponitur, ut *ipsi* militiae operam dedisse intelligantur, *ihr in eigener Person.* Eodem modo collocatio verborum corrupta erat ante Bekkerum p. 66. l. 30. s. *καὶ οὐκέτ' ἐν τούτοις αἰτιάσομαι τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου λέγοντας — οὐδὲ εἷς γάρ ἦν — ἀλλ' αὐτοὺς ὑμᾶς:* vulgo *ὑμᾶς αὐτούς.* Hermannus vim huius collocationis in egregia dissertatione de pronomine *αὐτὸς* explicuit *Acta Semin. Reg. et Societ. Philol. Lips.* T. I. p. 56. sqq.

p. 29. l. 24. s. B. p. 48. l. 26. s. R. c. 9, 2. Rüd. *φυλάξας ἐτησίας ἢ τὸν χειμῶνα ἐπιχειρεῖ, ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ δυναίμεθα ἐκεῖσε ἀφικέσθαι.* Optativum bonorum testium auctoritate restituit Bekkerus, quum vulgo legatur *δυνώμεθα:* qui modus ubique addi solet coniunctioni *ἡνίκ' ἂν,* quoniam ea de certo et definito tempore plerumque ponitur. Hic autem optativus egregius est ad irridendos Athenienses: „quo tempore nos istuc proficisci non possemus, *etiamsi velle nos diceremus.*"

p. 29. l. 29. et p. 30. l. 1. B. p. 49. l. 2. sq. R. c. 9, 3. Rüd. *ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ* cet. Valckenaer ad *Herod.* VIII, 112. deleri vult *τῇ δυνάμει:* quod non faciendum. Dativus enim significat *in commodum* vestrarum copiarum. p. 36. l. 7. sq. *ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν — δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γενομένην τῇ πόλει,* in salutem civitatis nostrae. p. 59. l. 9. *νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις οὗτος — αὐτόματος τῇ πόλει.*

p. 30. l. 4. B. p. 49. l. 6. s. R. c. 9, 5. Rüd. *τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥᾳδίως ἔσται.* Si hanc lectionem aliquo modo explicare velimus, *τὴν ὥραν τοῦ ἔτους* erit accu-

salivus temporis: *per opportunum anni tempus;* ἔσται i. q. ἐξέσται; supplendum ex antecedentibus χρῆσθαι τῇ δυνάμει *facile licebit his copiis uti,* πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ, *in ipsa regione, terra.* Sed nescio an locus sit corruptus; codicum tamen medelam expectaverim potius, quam coniecturae.

p. 30. l. 11. sqq. B. 49. l. 12. sqq. R. c. 10, 1. Rüd. ἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ χρήματα πρῶτον ἃ λέγω, εἶτα καὶ τἄλλα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν νόμῳ κατακλείσητε ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν κ. τ. λ. Rüdiger, pronus in sententiam, a verbis Πόρου ἀπόδειξις novam incipere orationem, (quam sententiam nos sub iudicium vocavimus *Philologische Beyträge aus der Schweiz* Vol. I. p. 21 — 34.) ad hunc locum, „Omnino, inquit, patet, oratorem profiteri, se de his rebus non dixisse. Veruimtamen c. 7. de illis exposuerat: nonne igitur haec orationis pars est diversa a priore?“ Fateor, haec mihi mira videri. Exposuit sine dubio orator de his rebus c. 7. ita, ut copiarum numerum enumeraverit. At ubi haec se fecisse negat? Hoc quidem loco addit, quid his c. 7. enumeratis copiis faciendum sit, si civitati eas utiles esse oporteat; πᾶσα nempe ἡ δύναμις νόμῳ κατακλειστέα ἐστὶν ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν. Tantum igitur abest, ut orator se de his rebus non dixisse profiteatur, ut hic ipse locus priorem respiciat, eique addat, quod ad posteriorem hanc orationis partem reservabatur.

p. 33. l. 15. sqq. B. p. 52. l. 14. sqq. R. c. 15, 1. Rüd. νῦν δ' ἐπιχειρῶν ἀεί τινι καὶ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενος ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιθ' ὑμᾶς, εἰ μὴ παντάπασιν ἑαυτῶν ἀπε-

γνώκατε. Rüdiger *ἑαυτῶν* uncis inclusit, ut spurium: quod non probo. Quae enim in codd. est lectionis varietas, haec inde nata, quod librarii offendebant in *ἑαυτῶν* pro *ὑμῶν αὐτῶν.* Locus noster sic laudatur in Bekkeri Anecd. Gr. T. I. p. 119. p. 57. l. 5. s. *τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὑτῶν φροντίζετε,* ubi ante Reiskium *αὐτῶν* legebatur. Verum praebuit cod. Bav. *De Cor.* p. 252. l. 14. R. *νομίζειν ὑμᾶς μὴ μόνον εὔνους αὑτοῖς, ἀλλὰ καὶ φρονίμους ἀνθρώπους καὶ μάντεις εἶναι;* sic recte Bekkerus ex optimis libris, quum vulgo legeretur *αὐτοῖς.* Ita etiam non tolerarunt, si *αὑτοὺς* poneretur pro *ἡμᾶς αὐτούς,* ut *de Cor.* p. 282. l. 2. R. *οὐδ' ἀναλαβεῖν αὑτοὺς ἂν ἠδυνήθημεν,* ubi pronomen libri nonnulli deleverunt, nonnulli mutarunt in *αὐτούς.* p. 86. l. 18. *σκέψασθαι τί ποιοῦμεν αὐτοὶ νῦν καὶ ὅπως χρώμεθ' αὑτοῖς,* i. e. *ἡμῖν αὐτοῖς.* Mss. quidem *αὐτοῖς* sc. *τοῖς πράγμασι,* quod in se damnandum non foret. Sed hic Demosthenis consilium est, Atheniensibus graviter in animum inducere, rem in eo verti, *quo modo se ipsis utantur.*

p. 33. l. 30. B. p. 52. l. 28. R. c. 14, 1. Rüd. *Ποῖ δὴ προσορμιούμεθα; ἤρετό τις.* Pearcius ad *Longinum* s. 18., ubi hic locus laudatur, offenditur indicativo aoristi, et opinatur vel legendum esse *ἔροιτό τις,* vel haec verba prorsus delenda. Illud Graecum non est, sed dicendum foret *ἔροιτ' ἄν τις;* hoc non probabile, quum *ἤρετό τις* speciem additamenti non habeat. Weiskio sic statuendum videtur, aliquem aut plures in concione satis alta voce, ut ab oratore exaudiri posset, quaesivisse, *ποῖ δὴ προσορμιούμεθα;* Sed nusquam tale quid, per hanc formulam illatum, invenimus. Mihi res sim-

plex videtur: *solent homines interrogare.* Res in colloquiis et orationibus multum disceptabatur, istaque quaestio saepe ut difficilis proponebatur, ad quam responderi vix posset.

IN OLYNTHIACAM I.

p. 37. l. 4. s. B. p. 18. l. 19. R. c. 2, 1. Rüd. *διὰ τί; ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ᾽, ὅσα ἂν εἴποι τις ὑπὲρ τούτων, ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινὰ, ἡμῖν δ᾽ οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι.* *Φιλοτιμία* hic non est *κενοδοξία*, ut opinatur Rüdiger, sed simpliciter sensus est, *ἔξεῖναι αὐτῷ φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ τούτοις*, *haec esse ipsi gloriosa.* Pluralis *ὑπὲρ τούτων* habet, quod pudore afficiat Athenienses. Multa Philippo gloriosa, Atheniensibus turpia sunt. H. Wolfium non oportebat coniicere *ὑπὲρ τούτου.* Pluralis *ταῦτα* saepe de una re ponitur. Tota autem enuntiatio artis est plena, egregia *παράλειψις*, ut rhetores dicunt. Dum enim silentio se rem praetermissurum affirmat, loquitur de ea paucis quidem sed gravissimis verbis, ut non posset non Athenienses pudere suae agendi rationis.

p. 39. l. 17. sq. B. p. 21. l. 4. sq. R. c. 4, 3. Rüd. *ὥςπερ γὰρ οἰκίας — — τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ.* Veteres Grammatici vituperabant Demosthenem, quod *κάτωθεν* dixerit, non *κάτω.* Ulpianus eum defendit, quod ex inferiore parte in superiorem aedificetur. Id quidem *κάτωθεν* significare potest, ex imo omnia solida esse oportere. Sed quum alia derivata in *θεν*, tum inprimis *κάτωθεν*, non motum ex loco, sed esse in loco significat. Cf. *Schaefer. Melet. Crit.* p. 78.

p. 41. l. 20. B. p. 23. l. 11. R. c. 7, 2. Rüd. *εἰ δέ τις σώφρων ἢ δίκαιος ἄλλως τὴν καθ᾽ ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου καὶ μέθην καὶ κορδακισμοὺς οὐ δυνάμενος φέρειν.* Perperam Rüdiger affirmat, participium *δυνάμενος* positum esse pro verbo finito *δύναται.* Nos vehementer dubitavimus (*Philol. Beyträge aus der Schweiz* Vol. I. pag. 172. sqq.), num usquam participium sic ponatur. Nostro quidem loco id neutiquam fit. Nam post *ἄλλως* comma ponendum est, quod est in aliis editionibus, et supplendum *ἐστί; δυνάμενος* autem est appositio.

p. 42. l. ult. 43. 1. B. p. 24. l. 21. s. R. c. 8, 3. Rüd. *οὐκ ἔνι δ᾽ αὐτὸν ἀργοῦντα οὐδὲ τοῖς φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιεῖν, μή τί γε δὴ τοῖς θεοῖς.* Phrasis est proprie elliptica: *μή τί γε δὴ ὑπολάμβανε ἐξεῖναι, τοῖς θεοῖς ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιεῖν.* „Nequaquam opineris, a Diis postulandum esse, ut quidquam pro nobis faciant:" quam sententiam hic et alibi breviter exprimere licet *nedum diis.* Interdum haec locutio apud Demosthenem, ut apud alios, invenitur. Infra p. 88. l. 3. *ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσοντι δίκην, μή τι ποιήσαντί γε.* κατὰ *Μειδ.* p. 525. l. 25. sqq. *ἀλλ᾽ οὐδὲ καθ᾽ αὑτὸν στρατιώτης οὗτός γε οὐδενός ἐστιν ἄξιος, μή τί γε τῶν ἄλλων ἡγεμών.* κατὰ *Ἀνδροτ.* p. 607. l. 10. *ἃ οὐδ᾽ ἂν, εἰ παρ᾽ ἑαυτοῦ δοίη τις ὑμῖν, λαβεῖν ἄξιον, μή τί γε ἐφ᾽ ᾧ ἑτέρους εἰςπράττειν.* p. 609. l. 21. s. *ὃν οὐδ᾽ ὑπὲρ ἑαυτοῦ δίκην λαμβάνειν ἐᾷ τὰ πεπραγμένα καὶ βεβιωμένα, μή τί γε ὑπὲρ τῆς πόλεως.* Quod si Hermannus ad Vigerum p. 803. ubique *μή τοί γε* reponere vult, non assentior. Etsi enim nullum poëtae locum in promtu habeam, in quatuor tamen, quos attuli, nulla lectionis varietas nota-

tur, et οὔ τι apud poëtas saepe ponitur, ubi exspectaveris οὔτοι. Vide *Valckenaer.* ad *Hippol.* v. 41.

IN OLYNTHIACAM II.

p. 46. l. 3. B. p. 28. l. 6. R. c. 1, 1. Rüd. ὅπως μὴ πεισόμεθα. Lectio vulgata erat πεισώμεθα, quam Bekkerus recte mutavit, perperam Rüdigerus revocavit. Uterque tamen in sua ratione ultra modum excedit. Dawesius scilicet canonem edixit, ὅπως μὴ cum *coniunctivo* nonnisi aoristi primi passivi et aoristi secundi omnium formarum, non autem cum aoristi primi coniunctivo formae activae et mediae coniungi: quem canonem recentiores etiam ad ὅπως extenderunt, eosque secutus est Bekkerus; Rüdigerus autem hunc canonem reiicit; merito. Nam quod de simili professus est Hermannus ad *Soph. Aj.* 557., idem me de hoc profiteri oportet: „Mihi canon iste, ut idonea ratione carens, „numquam visus est verus esse.“ Quamquam enim librariorum vel incuriae vel perversitati multa tribuimus, caussam tamen non videmus, cur in aliis locis iisque vicinis futurum indicativi toleraverint, in aliis temere mutaverint. Quid? quod aoristus primus formae passivae veniam impetraverit, ceterarum non item? Nimirum quia ille correctioni non improbabili prorsus resistebat. Rem vero perversitatis convincit id, quod soloecismi adeo oriantur et metrum obstet praecepto, quod recentiores secuti sunt. Cf. *Heindorf* ad *Platonis Protag.* 12. Accedit, quod, si subtilius attendamus, non eadem vis est aoristi et futuri. Aoristus enim rem iamiam instantem et praesentem, futurum rem futuram indicat. — Quae quamquam ita sint, tamen non te-

mere ubivis aoristus coniunctivi tolerandus est; sed tum demum, quum eum constet in usu fuisse. Sic v. c. aoristus ἐπεισάμην a πάσχω non fuit in usu, sed ἔπαθον. Necessario igitur πεισόμεθα erat scribendum, etiam si falsissimus sit Canon Dawesii; idque etiam ipsa sententia confirmatur. Iam loca indicabimus, in quibus Bekkeri mutationem reiicimus. p. 26. l. 22. sine dubio proba est lectio vulgata: καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε, ne faciatis. p. 36. l. 19. ὅπως μὴ — δόξωμεν, ne videamur. p. 46. l. 13. προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην, ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν. p. 57. l. 11. παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε. p. 90. l. 27. s. καὶ ὅπως, ὥςπερ ἐρωτῶσι προθύμως, οὕτω καὶ ποιεῖν ἐθελήσωσι. p. 91. l. 9. s. καὶ σκοπεῖ μᾶλλον οὐδὲ ἓν τῶν πάντων ἢ ὅπως ταύτην καταλύσῃ (τὴν πολιτείαν). p. 116. l. 12. ὅπως μὴ δουλεύσωσιν οἱ πολῖται, πράττοντες. p. 121. l. 23. καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποιήσῃ, σκοπῶν. — Recte mutavit p. 68. l. 26. ὁρᾶν, ὅπως μὴ προαξόμεθα. Nam aoristus προαξώμεθα non est in usu, sed προαγάγωμεν. Recte videtur mutasse p. 94. l. 15. sq. ἃ δέδοιχ᾽ ὅπως μή ποθ᾽ ἡγήσεσθε ἐπὶ πολλῷ γεγενῆσθαι: haec enim res per longum tempus futurum manebit. Nolo longior esse. Sed haec fundamenta videntur lectionis constituendae; nec ulla editio hac una in re perfecta est.

p. 48. l. 23. s. B. p. 51. l. 8. s. R. c. 4, 1. Rüd. μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω τι τοῖς πολλοῖς. Egregia oratio, quae praeparat ad audienda longe alia, quam Athenienses opinabantur. Hi exspectabant, magnos oratorem belli apparatus esse flagitaturum, eosque studiose charta quidem decrevissent,

Sed orator patriae amantissimus, omnem nugarum splendorem exosus, Athenienses eo vocat, unde fons publicae calamitatis manabat, ad voluptatum omnis generis cupidinem, coniunctam cum vanitate et magniloquentia, ad humilem sentiendi rationem, cuncta vel turpissima tolerandi, dum illum finem assequerentur. Huc pertinebant ea, quae vocabantur, θεωρικά. Eorum auctor erat Pericles: qui quidem Athenarum urbem, partim etiam civitatem ad altiora multo provehebat, si magnificentiam victus cultusque spectes, sed semina celeris ruinae spargebat. De mille talentis, quae quotannis in aerarium conferebantur, ut, si quod incideret bellum, eius fortiter gerendi auxilia suppeterent, iussit ille, ut ad summum aurae popularis fastigium ascenderet, quotiescunque spectacula edebantur, singulis civibus duos obolos numerari, unum, ut solvere possent, quae solvenda essent, alterum, ut temporis iactura resarciretur. Certis quidem verbis cautum erat, ut, simulac bellum impenderet, pecuniae istae proprio suo usui redderentur. At quis ausus esset appellare, quod certissime cautum erat?! Unus, qui honoris caussa nominandus est, Apollodorus quum id auderet, iussit populus, rogante Eubulo quodam, ut morte multaretur, ὃς ἂν γράψειε μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά. Id quidem Demosthenes noster nihil curat, sed ostendit civibus suis tum veritatis gravitate, tum irrisionis flagello, non minus ridicule quam perniciose in turpem eos debilitatem delapsos esse. Ea autem, qua totam rem persequitur, ratio egregia est. Quum enim, qui id, quod sublatum ipse vult, tolli suadet, morte multetur, postulat, ut ii, qui hanc legem tulissent, eius

abrogationem postulare cogantur: quo scilicet facto mortis poenam sibi ipsi constituunt.

p. 50. l. 7. B. p. 32. l. 25. R. c. 5, 2. Rüd. καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε. *Καὶ — δὲ* apud Demosthenem non frequens quidem est, hic autem suo loco positum. Haec enim sententia ut gravissima, in qua rei cardo versatur, enuntianda est. Interdum viri docti offendebant, ut κατὰ *Μειδ.* p. 575. l. 29. R. οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ubi Iurinus maluit δή, nihil tamen mutans p. 523. l. 3. ἐγὼ δὲ ἐν μὲν ἐκεῖνο εὖ οἶδα καὶ ὑμᾶς δὲ εἰδέναι χρή. Significat fere *et quod maius est.* Cf. p. 120. l. 10. s. B.

p. 51. l. 27. s. B. p. 34. l. 12. s. R. c. 7, 1. Rüd. οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγώ, ὥστε ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι μηδὲν ὠφελεῖν νομίζων. Minime in νομίζων cum Rüdigero de nominativo absoluto cogitandum; sed haec est usitata linguae Graecae constructio, ut, si ex enuntiatione primaria pendeat infinitivus idem subiectum habens, et subiectum et eius determinationes in nominativo ponantur. Cf., si opus sit, Matthiae Gr. Gr. §. 535. Rüdiger errorem notavit etiam *Ern. Fr. Poppo Thucyd.* T. I. p. 117.

p. 52. l. 8. B. p. 34. l. 25. R. c. 7, 3. Rüd. καὶ τὰ μὲν τούτων πάντα καλῶς ἔχει, τὰ δ' ὑμέτερα αἰσχρῶς. Τούτων sc. τῶν ῥητόρων τὰ τῆς πόλεως πράγματα προπεπωκότων, non *hostium nostrorum*, ut Iacobsius interpretatur. Haec enim notio nusquam est in propinquo, ut, quum τούτων legamus, ea animo obversetur. Affirmat etiam Demosthenes de iisdem rhetoribus p. 54. l. 2. ὅτι οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας

εἰσὶ κατεσκευασμένοι· ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται.

p. 53. l. 30. s. B. p. 36. l. 16. R. c. 9, 3. Rüd. *Καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις, ἃς κονιῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπισκευάζομεν, καὶ κρήνας καὶ λήρους.* Acerba in fine irrisio, non quidem ex similitudine soni, sed ex notione vocabuli, quod ad finem reiectum et commode pronuntiatum pretium rerum ante nominatarum vere taxat. Bene Iacobs *Gossen und Possen.* Similis locus est apud *Platonem Gorg.* p. 490. C. *περὶ σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας.*

IN OLYNTHIACAM III.

p. 56. l. 24. s. B. p. 9. l. 7. s. R. c. 1, 2. Rüd. *ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν. Ἂν* hic significat *nonnumquam, haud raro.* Aliis locis reddi potest *saepe, plerumque:* mitigat, et hac significatione omnibus modis verbi additur, e temporibus inprimis aoristo. p. 114. l. 17. sqq. *ἀκούω Λακεδαιμονίους — ἐκβαλόντας ἂν — ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου πάλιν.* Cf. *Wyttenbach. Biblioth. Crit.* Vol. III. p. IV. p. 53. s. *Porson.* ad *Phoen.* 412. Interdum librarii offenderunt, ut apud *Isocr. Areop.* 20. *οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τῆς θεωρίας, ὧν ἕνεκά τις ἦλθεν, ἀσελγῶς οὐδ' ὑπερηφάνως, ἀλλὰ νουνεχόντως ἐποίουν,* ubi H. Wolfius eumque secutus Augerus recte scripserunt, *ὧν ἕνεκ' ἄν τις ἦλθεν.*

p. 57. l. 29. sqq. B. p. 10. l. 16. sqq. R. c. 2, 2. Rüd. *δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος.* Post *ἀλλὰ, ἢ, ὡς,* praepositio

frequenter non repetitur: quod interdum viris doctis corrigendi libidinem movit. Hic autem inprimis id notandum, quod post ἀλλὰ prior, non secunda, antecedentis enuntiationis praepositio repetenda sit. Nec enim, opinor, recte dicitur πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως de cive, qui pugnat, ne patria pessumdetur, sed περὶ τῆς ἀναστάσεως. Patebit hoc, ni fallor, si de discrimine praepositionum περὶ et ὑπὲρ in huiusmodi locutionibus paullo accuratius disputaverimus. Nolo longus esse in aliorum opinionibus refellendis. Περὶ latius patet, ὑπὲρ artius est circumscriptum. περὶ significat aliquid fieri ratione habita ad rem, quae nobis sive in bonam sive in malam partem magni momenti est, cuius vel studio et amore, vel odio et aversione tenemur. Fieri igitur potest, ut eam vel parare et tenere, vel abiicere et repudiare cupiamus. Ὑπὲρ autem tum nonnisi ponitur, quum res in bonam partem magni nobis est momenti, quum eam vel acquirere nobis vel non amittere studeamus. Ex quo negavi dici posse πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως de cive (nec enim quisquam bonus voluerit patriam suam everti), sed πολεμεῖν περὶ ἀναστάσεως, ne excidium patriae fiat; neque sanae mentis homo πολεμεῖ ἢ κινδυνεύει ὑπὲρ τοῦ θανάτου, sed περὶ τοῦ θανάτου, ut eam avertat; contra πολεμεῖ ὑπὲρ τοῦ βίου, ut vitam servet. Id quidem intelligitur, περὶ poni posse, ubi ὑπὲρ accuratius fuerit: quod viris etiam doctissimis interdum imposuit. Sic legimus *Eurip. Alcest.* 178. ἀνδρὸς, οὗ θνήσκω περί: pro quo *Valckenaerius* ad *Phoen.* 1336. suspicabatur οὗ θνήσκω γ᾽ ὑπέρ, quod nemo probabit, etiam si praepositio aptior sit. *Lysias* πρὸς Σίμωνα p. 161. R. ἵνα ἐπίστησθε, ὅτι πολὺ ἂν δικαιότερον αὐτὸς περὶ

θανάτου ἠγωνίζετο, ἢ ἑτέρους ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς κίνδυνον καθίστη, ubi Marklandus περὶ τῆς πατρίδος coniicit, vim praepositionis ὑπὲρ nimium circumscribens. Contra non opus erat, ut idem vir doctus, sequente Reiskio, p. 123. scriberet οὐ μόνον ὑπὲρ (vulgo περὶ) τῆς αὐτῶν σωτηρίας κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πολεμίων ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν: nam in ipsa praepositionum varietate magna vis inest. Interdum nonnisi variandi caussa altera alteram excipit; κατ' Ἀριστοκρ. p. 621. l. 7. sqq. ὑπὲρ τοῦ Χεῤῥόνησον ἔχειν ὑμᾶς ἀσφαλῶς — — περὶ τούτου μοι ἐστὶν ἅπασα ἡ σπουδή.

p. 57. l. 32. p. 58. l. 1. s. B. p. 10. l. 18. s. R. c. 2, 2. Rüd. καὶ ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους: Solet dici τε esse traiectum. Collocandum enim est post vocabulum, quod primum partitionis membrum inchoat, hic post Ἀμφιπολιτῶν: quem ad morem vindicandum Heindorfius ad *Platon. Phaed.* 80. 88. ait, *centies, sexcenties* τε *traiici*, aliique id repetierunt. Contra quod nuper *Schaeferus* in editione *poëtarum Gnom. Gr.* p. 73. atque in *indice* s. v. τε affirmavit, vere, ni fallor, in hac collocatione aliquid repetendum esse ad καί, quo repetito suum utraque particula locum obtineat, v. c. hic ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε — — καὶ ἃ Πυδναίων cet.

p. 58. l. 16. s. B. p. 11. l. 4. R. c. 2, 4. Rüd. καὶ μέχρι του ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως. Μέχρι et ἄχρι interdum minuentis sunt, ita ut μέχρι του significet *mediocriter, non tantum, quantum vel oportet vel opus est.* p. 100. l. 25. ἄχρι τοῦ θορυβῆσαι καὶ ἐπαινέσαι σπουδάζοντες. Nostrum μέχρι του interdum corruptum fuit, et

Reiskius bene meruit veram lectionem restituendo, ut *κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 660. s. R. *ἄχρι του καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρὴ καὶ μισεῖν, μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντας.* περὶ *Μεγαλ.* p. 208. l. 11. *ὅτι τὰ μὲν δίκαια πάντες, ἐὰν καὶ μὴ βούλωνται, μέχρι τού γε αἰσχύνονται μὴ πράττειν.*

p. 58. l. 24. s. B. p. 11. l. 11. R. c. 3, 1. Rüd. *παρῆσαν — ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα.* Suspicabar olim *παρήεσαν,* quum praesertim *παριέναι* sit verbum proprium oratorum, qui suggestum ascendunt (vide *Sluiteri lectt. Andoc.* p. 194. s.), idemque dubitanter quidem proponit *Heindorfius* ad *Platon. Theaet.* §. 136. Sed mutatione opus non est. Si *πάρεῖναι* construitur cum praepositione, quae motum ad locum significat, adest *confusio duarum notionum.* In praepositione inest motus ipse ad locum, in verbo id, ut sis in loco, ut eo perveneris. Exempla praeter alios habent *Valckenaer* ad *Herod.* I, 23. *Seidlerus* ad *Eurip. El.* 1275.

p. 58. l. 27. sqq. B. p. 10. l. 13. sqq. R. c. 3, 1. Rüd. *εἰ γὰρ — — — τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς — προθυμίαν — — εἶχετ' ἂν* cet. Non decernam, utrum verbum simplex et compositum oppositum consulto sit. Eiusmodi allitterationibus vel paronomasiis, ut appellantur, veteres grammatici et rhetorici inprimis delectabantur, easque etiam Demostheni tanquam ornatum et elegantiam tribuebant, locis, quibus Demosthenes hunc honorem vehementer deprecaretur. Sic nobis scribit Hermogenes, respiciens ad verba p. 88. l. 5. B. *μέλλει — μέλει: Τὸ καθ' ὁμοιότητα λέξεως ἐμφαίνει τινὰ δριμύτητα. οἷον· „μέλλει πολιορκεῖν· τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι." μέλει γάρ τινι τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων Ἑλλήνων;" Ἐγὼ μὲν σφόδρα εὐλαβῶς εἶχον θεῖναι ὡς παράδειγμά τινος*

δριμύτητος. ἐπεὶ δὲ τῶν σφόδρα εὐδοκιμησάντων τινὲς κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἀνθρώπους καὶ νῦν εὐδοκιμούντων ἐπὶ θεωρίᾳ λόγων, ἐν οἷς ἀπολελοίπασι βιβλίοις, οὕτω τεθεωρήκασι καὶ τοῦτο καὶ τεθείκασί γε ὡς παράδειγμα δριμύτητος τοιαύτης, εἰρήσθω καὶ ἡμῖν. καίτοι τάχ' ἴσως οὐδ' ἡ τοιαύτη δριμύτης, εἴπερ οὕτω γένοιτο, ἐκφεύγει τὴν ψυχρότητα. Hermogenes summum profecto ius habet contra suos sine iure celebres decessores. Bonus etiam Reiskius, cuius ceteroqui summa virtus elegantia non erat, haec notat: „Certus sum, Demostheni numquam in mentem venisse tam frigidae et umbratilis puerilitatis, ut in vocabulis μέλλει et μέλει luderet." — Quamquam ne Demosthenes quidem hanc figuram, quae suo loco adhibita vim et subtilitatem orationi tribuit, non prorsus reiecit. p. 60. l. 15. πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν: illud de corpore, hoc de animo et mente, respiciens ad bonam illius et malam huius significationem. p. 85. l. 23. sqq. Τί δ', ἂν ἀπελθὼν ἐκ Θρᾴκης καὶ μηδὲ προσελθὼν Χεῤῥονήσῳ — — — ἐπὶ Χαλκίδα ἢ Μέγαρα ἥκῃ; p. 91. l. 50. sqq. πάνθ' ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται. p. 49. l. 4. s. μὴ σκοπεῖτε, τίς εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι βουλήσεται. Sed in his rebus Demosthenes perquam sobrius est, nec, ut Isocrates, harum elegantiarum avidus; sed plerisque omnibus in locis fieri non posse videtur, ut sententia aliis quam his ipsis verbis exprimatur.

p. 60. l. 29. s. σκοπεῖσθε, εἰς τί ποτ' ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Miror, Reiskium, aliis similibus locis offensum, hic nihil monuisse de aoristo post ἐλπίς, praesertim quum Aug. pr. legat τελευτήσειν. Nempe dici solet,

post verba, quae futuri quid involvant; aut futurum infinitivi, aut ἂν cum aoristo infinitivi poni. Id, si rem in universum spectes, verum est. Sed iam hoc accuratius definiendum. Nempe si aoristus vel etiam praesens infinitivi cum ἂν ponatur, solet esse hypothesis vel expressa vel supplenda, v. c. p. 29. l 19. sqq. *Δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε*, aut, si nulla sit hypothesis, particula ἂν simpliciter id indicat, quod fieri possit. Futurum autem ponitur de re futura in se, sive sit conditio, sive non. At etiam praesens et aoristus infinitivi loco futuri, ut sic dicam, ponitur. Hic iam *Homerus* praeivit *Od.* II, 280.

ἐλπωρή τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα.

III, 319. s.

ὅθεν οὐκ ἔλποιτό γε θυμῷ
ἐλθέμεν.

In *Herodoto* nimium hoc festinanter tractarunt viri docti, v. c. ad L. I, 10. 50., cautius *Petrus Horreus Observv. Crit. in scriptores Graecos historicos, Herodotum praecipue* p. 20. De *Thucydide* docte et subtiliter nuper egit *Ern. Fr. Poppo Observv. Critt. in Thucyd.* p. 149. sqq. Philosophos et oratores tetigit *Heindorfius* ad *Platonis Phaedon.* §. 52. et *Protag.* §. 19. et magnus exemplorum numerus est in uno Xenophonte. Ne tragicos omittamus, laudamus *Brunckium* ad *Aeschyli Pers.* v. 757., quem correxit *Wunderlich Observv. Critt. in Aeschyli tragoedias* p. 174., et inprimis *G. Hermannum* ad *Sophoclis Aj.* v. 1061. In nostro scriptore Reiskius interdum particulum ἂν addidit, interdum vulgatam lectionem

reliquit. Addidit v. c. *κατὰ Τιμοκράτους* p. 722. l. 12. *οἴομαι δὴ πάντας ἂν ὑμᾶς ὁμολογῆσαι. περὶ Συμμορ.* p. 179. l. 6 — 9. Mss. plurimi et optimi suadent lectionem *ἡγοῦμαι — — τοὺς Ἕλληνας — καὶ συμμαχῆσαι καὶ μεγάλην χάριν ἔχειν.* Sed quum recentiore tempore scriptorum nemo saepius mutatus fuerit, quam *Isocrates*, cavebo, ut is in posterum nihil simile patiatur. Primo loca adducam, tum quae mutationem effugerint, tum quae nemo facile mutaverit; dein vindicabo, quae perperam mihi mutata esse videantur. *Paneg.* 59. *ἐλπίς ἐστιν ἕτερον ἀποστῆναι*, ubi miror, neminem coniecisse *ἕτερον ἂν ἀποστῆναι. Archid.* 43. *ἔστι δ' οὐδὲν ἀνέλπιστον, ἐκ τῶν νυνὶ παρόντων συμβῆναί τι τῶν μὴ παρόντων ἡμῖν. Panath.* 59. *τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἤλπισαν κατασχεῖν. πρὸς Καλλιμ.* c. 15. *οἶμαι δὲ αὐτὸν ὀδύρεσθαι καὶ λέγειν. Panath.* 87. *νῦν δ' οἶμαι πάντας ὁμολογῆσαι.* Cf. *Archid.* 28. *Panath.* 98. His se tuebuntur sequentia. *Paneg.* 15. *βιάσασθαι προςδοκήσας*, ubi Coray atque Orellius in Antid. Mori coniecturam *βιάσεσθαι* receperunt, Spohnio vulgatam iure revocante. *Archid.* 51. *οἱ δὲ κομίσασθαι προςδοκῶντες*, ubi Coray contra codd. *κομίσεσθαι* dedit, quod vel si in codd. esset, scrupulum moveret. *in Euthyn.* 10. *ἐλπίσαι πράξασθαι* Coray de sua coniectura *πράξεσθαι. Symmach.* 29. *ἄρχειν προςεδόκησαν* ante H. Wolfium, ubi nunc *ἄρξειν. Trapez.* 9. *οἰόμενος ἐκ τῶν λοιπῶν ἐπανορθώσασθαι*, ubi ex Augeri coniectura iam editur *ἐπανορθώσεσθαι. περὶ Ἀντιδόσ.* p. 59. Or. *οἰόμεθα — — διαπράξασθαι*, ubi recentissimi *διαπράξεσθαι.* ibid. p. 78. *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἀκούσαντας μισῆσαι*, quod quidem Orellius in Add. p. 305. corrigere vult in *μισήσειν. πρὸς Φίλ.* 55. *δοκῶ συμβουλεύειν.* Coray *συμβουλεύσειν.* Ep. IV.

p. 733. ἀλλὰ γὰρ Διόδοτον αὐτὸν οἶμαί σε μάλιστα προτρέψασθαι πρὸς τὸ φροντίζειν ἑαυτοῦ, Auger et Coray προτρέψεσθαι, et sic porro. Quod si quis Hermanni notam, quam laudavi, accurate perpenderit, rationem plerumque inveniet, cur aoristus loco futuri usurpatus fuerit. Equidem etiam hoc addo. Si aoristus ponitur, res quamvis futura cum fiducia certi ponitur, ut, qui ita loquatur, significet, tam certo sibi de futurae huius rei veritate persuasum esse, ut si vel hoc ipso tempore fiat, vel facta iam sit. Similia monuit *Io. Chr. Held Act. Monac.* T. II. p. 1. p. 63. Corayi in Plutarcho similiter corrigendo libidinem tangens.

p. 62. l. 3. s. B. p. 14. l. 18. s. R. c. 6, 3. Rüd. *Περὶ δὲ χρημάτων πόρου, ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν. Περὶ* cum genitivo nonnumquam absolute ponitur: *quod attinet ad.* Reiske sine caussa scribi voluit: περὶ δὲ χρημάτων πόρου πῶς; Neque *Heindorfium* dubitanter de hoc praepositionis usu loqui oportebat ad *Platonis Phaedrum* §. 65. *Κατὰ Εὐέργου ψευδομαρτ.* p. 1140. l. 9. s. R. περὶ μὲν γὰρ τῆς μαρτυρίας, ὅτι ψευδῆ μεμαρτυρήκασιν, αὐτοί μοι δοκοῦσιν ἔργῳ ἐξελέγχειν αὐτήν. *Xenophon Cyrop.* I, 6, 15. καὶ περὶ μὲν τροφῆς ἐπείσθην, ἱκανὸν εἶναι ὑπάρχον. Aliae praepositiones eodem modo usurpantur, v. c. ὑπέρ. περὶ παραπρεσβείας p. 343. l. 5. sqq. ἀλλὰ μὴν, ὑπέρ γε τοῦ προῖκα, ἢ μή, τὸ μὲν ἐκ τούτων λαμβάνειν, ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, πάντες εὖ οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν εἶναι δεινὸν καὶ πολλῆς ὀργῆς ἄξιον. De praepositione εἰς vide *Heindorf.* ad *Plat. Lys.* §. 16.

p. 62. l. 25. s. B. p. 15. l. 8. R. c. 7, 1. Rüd. οὔτε γὰρ — — εὐτρεπῶς οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχοι. Haec sic accipienda sunt: οὔτε γὰρ εὐτρεπῶς ἔχει τὰ

παρόντα αὐ· οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' ἔχοι. „Passim, inquit Schaeferu Gnom. Gr. p. 228., passim verbum finitum e oratione petendum, ut membri antecedent is perficiatur." Non igitur ab optimis Mss. ..dendum et scribendum: οὔτε γὰρ — εὐτρεπῶς, οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ', αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχει.

p. 63. l. 8. B. p. 15. l. 21. R. c. 7, 3. Rüd. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. Quum alter per orationem indirectam inducitur, haud raro optativus sine coniunctione et ἂν ponitur. Vide *Matthiae Gr. Gr.* §. 529. 3. Δέοι διοικεῖν sc. αὐτούς. Ad δεῖ interdum infinitivus ponitur sine subiecto. p. 94. l. 18. ἐγὼ δ' οἴομαι· τὴν μὲν εἰρήνην ἄγειν οὐχ ὑμᾶς δεῖν πείθειν; ὑμᾶς est accusativus obiecti, subiectum vero supplendum τινά. Reiskius interdum mutavit. Sic κατὰ Ἀνδροτ. p. 605. l. 27. s. ἐγὼ δ' οἶμαι δεῖν ὑ μ ᾶ ς ὡδί πως ἀκούειν Ἀρχίου. ex uno Aug. pr., quem quidem cod. F. A. Wolfius Reiskii delicias appellat, addidit ὑμᾶς. Etiam Latini *oportet* eodem modo construunt. Cf. ad *Ciceron. de fin. b. et m.* I. c. 9.

p. 63. l. 20 — 30. B. p. 16. l. 4 — 11. R. c. 8, 1. Rüd. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς — — ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα — — λογιζομένους — — — πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ' ὑμᾶς ἐλθεῖν; Oratio, quae per interrogationem indirectam finienda erit, desinit per directam: quod aptum est ad commotionem animi dicentis prodendam. Sequitur illico simile exemplum: εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθ', εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἄν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε; Si enuntiatio ita finiretur, ut incipiebat, οὐ ante τολμήσετε delendum foret: εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδὲ τολμήσετε; Sed quasi

non adessent verba εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδὲ, desinit enuntiatio per interrogationem directam οὐ τολμήσετε; Alii etiam scriptores interdum hac orationis forma utuntur. *Plato de Legg.* XI, 11. μὴ δέ τις ἀτιμαζομένῳ μὲν διαφερόντως πατρὶ πρὸς παίδων καὶ μητρὶ ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα γενομένῳ καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἐν εὐχαῖς λιπαρῶς εἰς ἀγαθὰ παρακαλοῦντος θεοὺς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου καὶ νέμειν ἡμῖν αὐτοὺς ἡγησόμεθα; ubi videndus est Astius.

IN ORATIONEM ADVERSVS PHILIPPVM II.

p. 72. l. 20. B. p. 66. l. 10. R. δια τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν *„metu, ne vestram in invidiam incurram."* Ἡ πρός τινα ἀπέχθεια duplicem habet significationem, subiectivam, *odium, quo aliquem prosequor*, obiectivam, *odium, quod est contra me apud aliquem.* Utraque significatio in brevi spatio invenitur *de Cor.* p. 237. ταῦτα δ' ἀσμένως τινὲς ἤκουον αὐτοῦ διὰ τὴν τόθ' ὑποῦσαν ἀπέχθειαν πρὸς τοὺς Θηβαίους, subiective; obiective contra illico: καὶ ἔτι πρὸς τούτοις (συνέβη) τὴν μὲν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς τῇ πόλει γενέσθαι, τὴν δὲ χάριν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων Φιλίππῳ. Obiective etiam περὶ παραπρεσβείας p. 368. l. 2. s. ὑμῖν μὲν τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους μείζω, Φιλίππῳ δὲ τὴν χάριν πεποίηκε. Hanc vim, a viris doctis in dubium nonnunquam vocatam, praepositio πρὸς habet, iuncta vocabulis, quae vel externum vel internum statum significant. *Plato Lys.* p. 212. B. τί δέ; ἆρά ἐστι καὶ μισεῖσθαι φιλοῦντα; οἷόν που ἐνίοτε δοκοῦσι καὶ οἱ ἐρασταὶ π ά σ χ ε ι ν π ρ ὸ ς τὰ παιδικά: ubi Heindorfius sine caussa offendit.

p. 73. l. 1. ss. B. p. 66. l. 16. ss. R. *συμβαίνει δὴ πρᾶγμα ἀναγκαῖον, οἶμαι, καὶ ἴσως εἰκός· ἐν οἷς ἑκάτεροι διατρίβετε καὶ περὶ ἃ σπουδάζετε, ταῦτ᾿ ἄμεινον ἑκατέροις ἔχει.* Enuntiatio explicativa aut determinativa, saepe ut directa, nulla nec particula nec coniunctione addita, *ἀσυνδέτως*, apponitur: quod haud raro viros doctos offendit. p. 101. l. 10. ss. *ὥστε δέδοικα, μὴ βλάσφημον μὲν εἰπεῖν, ἀληθὲς δ᾿ ᾖ· εἰ καὶ λέγειν ἅπαντες ἐβούλοντο — οὐκ ἂν ἡγοῦμαι δύνασθαι χεῖρον — διαιεθῆναι,* ubi Reiske sine caussa legere voluit, *ὅτι, εἰ καὶ λέγειν* cet. Apud neminem scriptorum hoc frequentius quam apud Platonem multifariam; nonnumquam tamen viri docti lectionem tentarunt. Eodem pertinet, quod post formulas *ὃ δὲ μέγιστον, ὃ δὲ δεινότατον* enuntiatio interdum ponitur sine particula aut coniunctione: de quo vide *F. A. Wolfium* ad *Leptin.* p. 372.

p. 74. l. 29. s. B. p. 68. l. 12. R. *ἐξὸν αὐτοῖς τῶν λοιπῶν ἄρχειν Ἑλλήνων, ὥστ᾿ αὐτοὺς ὑπακούειν βασιλεῖ.* Coniunctionem exspectaveris, quae *conditionem* exprimat, *ἐφ᾿ ᾧτε, sub ea conditione ut;* atque etiam in quibusdam libris coniunctioni *ὥστε* haec significatio, ut aliae, quas non habet, adscripta est: quod facilius est, quam ostendere, quem ad modum propria sine damno logicae veritatis locum habeat. *Ὥστε* significat *consequentiam,* eamque, etsi non ut conditio proponebatur, Athenienses respuebant. Ita Graeci interdum *effectum* exprimunt, ubi alii de consilio aut conditione loquerentur. *Xenophon Cyrop.* III, 2, 16. *καὶ τοῦτο ἐπίστω — ὅτι ἐγὼ, ὥστε ἀπελάσαι Χαλδαίους ἀπὸ τούτων τῶν ἄκρων, πολλαπλάσια ἂν ἔδωκα χρήματα, ὧν σὺ νῦν ἔχεις παρ᾿ ἐμοῦ.*

Ita etiam interpretanda sunt loca, quae *Hermannus* habet ad *Vigerum* p. 949.

p. 76. l. 10. s. B. p. 69. l. 23. R. τοὺς μὲν ὄντας ἐχθροὺς cet. Participium ὢν praeponitur substantivo eum vi. p. 66. l. 18. s. παθεῖν, οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πώποτε πεπόνθασιν. p. 95. l. 19. ἀνοητότατος πάντων ἂν εἴην τῶν ὄντων ἀνθρώπων. Interdum hoc displicebat. *Xenophon Memorr.* II, 1, 28. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν: ubi Valckenaer coniiciebat ὄντως. Nostro loco magnam vim habet; significat enim εἶναι *existere*, oppositum οὓς ἀπώλεσεν. p. 85. l. 11. ἂν μὲν τοίνυν ᾖ τὸ συνεστηκὸς τοῦτο στράτευμα, ubi oppositum est διαλύεσθαι. p. 116. l. 16. ὅτ' ἦν ἡ πόλις.

p. 79. l. 11. B. p. 72. l. 24. R. οὔτ' ἂν ὑμεῖς οἶδ' ὅτι ἐπαύσασθε πολεμοῦντες. Reiskius plus semel sine caussa εὖ praeposuit verbo οἶδα, ut hic, et paullo post l. 28. μνημονεύετ' οἶδ' ὅτι, p. 101. l. 5. πάντων οἶδ' ὅτι φησάντων. Quod tam saepe mutandum erat, persuadere ei oportuisset, mutatione non opus esse. Aliquando tamen eo intelligentiae pervenit, v. c. in *Timocr.* p. 717. l. 8. οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἄν, ubi, „pro εὖ οἶδ'", inquit, „*ut saepe noster.*" Reiskius omnino nimium fastidiosus erat in emphatico verborum usu, iisque pronus addere adverbia. p. 39. l. 24. B. ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι, ubi Reiskius vult, οὕτως ἀρέσκει μοι μάλιστα. At ἀρέσκειν etiam alibi cum emphasi ponitur. p. 29. l. 14. s. ἐπειδὰν ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσῃ χειροτονήσατε. In seqq. εἰ — ᾤεσθε est, *si — putassetis.* Aoristus quidem plerumque hac vi plusquamperfecti ponitur. Sin adhibetur imperfectum, res in

id tempus revocatur, quo fiebat: quod saepe multum ponderis addit orationi. Quin etiam *praesens* participii huic constructioni cum μὴ inseritur, resolvendum per plusquamperfectum. p. 113. l. 20. οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἔμελεν, εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται καὶ διαφθείρει, μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν. Cautius igitur de imperfecto loquendum erat Rudigero ad *Phil.* I, 1, 1. p. 24.

IN ORATIONEM DE CHERSONESO.

p. 84. l. 13. B. p. 93. l. 1. R. ἀναλωκέναι. In omnibus, quos novi, codicibus est ἀνηλωκέναι. Auctoritate Atticistarum, qui affirmant, apud Atticos hoc verbum α non mutare in η, quod α longum sit, post *Valckenaerium,* qui ad *Phoen.* v. 591. Atticistarum praeceptum argumentis probare studebat, mos invasit, hoc η in α mutandi. Tamen nuper *Elmsley* ex Inscriptionibus probavit, Atticos huic verbo augmentum dedisse, atque *Hermannus* ei assentitur ad *Aj.* 1028., addens, augmenti omissionem esse orationis vulgaris: quae phrasis late patet. Si res in se spectatur, mihi quidem videtur a Mss. lectione non recedendum esse. In Demosthene, ubi η est in contextu editionis Reiskianae, vel omnes Mss. sic habent, vel plerique. Duobus locis orationis *de Cor.*, p. 228. l. 8., ubi est ἀνάλωκε, et p. 247. l. 6., ubi ἀναλωκυῖαν, ex plurimis et optimis codd. restituendum est η.

p. 84. l. 28. B. p. 93. l. 15. R. μενεῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀνοίας, ὥςπερ νῦν. Reiskius sine caussa pro ὥςπερ scripsit ἧςπερ. Nam post ὁ αὐτὸς haud raro ponitur adverbium ὥςπερ pro pronomine, quamquam saepe a viris doctis mutatum. p. 52. l. 15. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥςπερ,

ubi H. Wolfius mavult ὅνπερ. Idem legitur p. 61. l. 2. κατὰ Ἀριστοκρ. p. 632. l. 1. ὥςπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνδέχεσθαι, ubi R. Marklandum vituperat, οἷςπερ coniicientem. *Plato Phaedon.* p. 86. A. εἴ τις διϊσχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ ὥςπερ σύ, ubi, quum Fischerus e Forsteri coniectura dedisset ᾧπερ, merito vulgatam lectionem Heindorfius revocavit, similia nonnulla afferens. *Xenophon Anab.* I, 10, 10. εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, ὥςπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνῄει. Etiam καθάπερ sequitur post ὁ αὐτός, quod omnem mutandi libidinem coërcet. Κατὰ Ἀριστοκρ. p. 635. l. 17. s. R. τοῖς αὐτοῖς ἐνεχέσθω, καθάπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ. p. 650. l. 13. s. ἔστω, φησὶν, ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ τιμωρία, καθάπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ.

p. 87. l. ult. 88. l. 1 — 4. B. p. 96. l. 18. ss. οὐδὲν οὖν ἄλλο ποιοῦσιν οἱ κατηγοροῦντες ἐν ὑμῖν ἢ προλέγουσιν ἅπασι, μηδ' ὁτιοῦν ἐκείνῳ (Διοπείθει) διδόναι, ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσοντι δίκην, μή τι ποιήσαντί γε ἢ συγκαταπραξαμένῳ. Perperam Reiskius in animo habebat, pluralem participiorum substituere δώσουσι — ποιήσασι — συγκαταπραξαμένοις, hoc sensu: *quasi futurum sit, ut, qui contribuere quicquam Diopithi velit, huius suae voluntatis sit poenas daturus, nedum, si fecerit.* Qua de re nusquam sermo est. Contra Demosthenes iam p. 82. l. 2. p. 86. l. 24. affirmabat, Athenienses etiam iis insidiari, quae Diopithes aliquando facturus sit, eaque poena notare. Huc spectant nostra verba. Quod si Athenienses tam stulte agunt, ut Diopithem etiam eorum poena afficiant, quae futuro tempore facturus esse censetur, non solum eorum, quae vel solus fecit vel alios

adiuvit: quis illi quidquam praestabit? Haec est Demosthenis mens.

p. 88. l. 8. B. p. 96. l. 25. R. καὶ τό γε εἰς τὸν Ἑλλήςποντον ἐκπέμπειν ἕτερον στρατηγὸν τοῦτ' ἔστιν. Interpretes mihi hunc locum parum recte intellexisse videntur. Reiske explicat: „Hoc volunt, huc tendunt adversariorum criminationes. Submoto Diopithe suffectum eunt alium imperatorem, sive ignavum et imbellem tardumque strenuo et acri, sive eadem cum Diopithe factitaturum et vestigia eius pressurum. Hic erat fructus tantorum sumtuum in novam classem faciundorum." Iacobs vertit: „*Und hat der Wunsch, einen andern Feldherrn in den Hellespont zu schicken, einen andern Zweck?*" Non de muneris abrogatione hic sermo est (hanc ipsam Demosthenes vult, si Diopithes male fecisse convincatur); sed Diopithis adversarii alium ipsi addere volebant στρατηγὸν, ne, ut dicebant, Diopithes in damnum Atheniensium et Graecorum facere possit, quae velit. Huc spectat nostra enuntiatio et l. 14. δαπάναις καὶ τριήρεσι τοσαύταις ἡμᾶς αὐτοὺς φυλάττειν. Verba igitur sic intelligenda sunt: „Atque etiam quod insuper στρατηγὸν mitti volunt in Hellespontum, eodem spectat," scilicet, ut Diopithis potestati adversentur eiusque conamina irrita reddant.

p. 90. l. 14. B. p. 99. l. 2. s. R. ὑμεῖς δ' οὐδὲ ταῦτ' ἀπελύσασθε, εἰ μηδὲν ἄλλο ἐβούλεσθε. „Vos autem ne hinc quidem vos expedivistis, si aliunde nolebatis." „*Ihr habt euch nicht einmahl von diesem los gemacht, wenn ihr zu nichts anderm den Muth hattet.*" περὶ Ῥοδίων ἐλευθερ. p. 191. l. 9. s. τὰς παρὰ τῶν διαβαλλόντων τὴν πόλιν ἡμῶν βλασφημίας ἔργῳ μετὰ δόξης καλῆς ἀπολυ-

σαμένους. Sic intelligenda sunt, quae Astius habet ad *Plat. de legg.* I, 9. p. 56. Reiskii coniectura, *ὑμεῖς δ' οὐδὲ ταῦτ' ἀπολύσασθαι, εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐβούλεσθε*, infirmat orationem.

p. 90. l. 16. B. p. 99. l. 5. R. *οὐδ' ἂν δεκάκις ἀποθάνῃ, οὐδὲν μᾶλλον ὑμεῖς γε κινήσεσθε.* Enuntiatio plena gravitatis et ponderis in verbis eorumque collocatione. Negatio *οὐδ'*, ut par est, collocatur ante conditionem; post conditionem illico sequitur negatio fortior, *οὐδὲν μᾶλλον*, ut augeatur negatio. Acerbum *γε* post *ὑμεῖς* vix quisquam non agnoscat: *homines quales vos estis.* Ignominiosum in *κινεῖσθαι* de hominibus, qui se movere non valent, nemo non animadvertit. — Negationis repetitio, quamquam interdum viris doctis invisa, non rara est. p. 91. l. 11. s. *οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι οὐδ' ἂν πάντων τῶν ἄλλων γένηται κύριος, οὐδὲν ἔστ' αὐτῷ βεβαίως ἔχειν.* p. 109. l. 32. s. *ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὧν ἐκεῖνος πράττει νῦν, οὐχ οὕτως ἔχουσιν.* Cf. *Erfurdt. ad Soph. Antig. edit. min. Addend.* v. 5. 6.

p. 90. l. 20. B. p. 99. l. 8. R. *τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν;* Prius de iusta excusatione, posterius de probabili caussa dictum videtur. *Φήσομεν* futurum h. l. est verbi *φάσκειν*, quod propria significatione de eo adhibetur, qui dicit quae praestare non potest.

p. 90. l. 27. B. p. 99. l. 14. R. *καὶ ὅπως, ὥςπερ ἐρωτῶσι προθύμως, οὕτω καὶ ποιεῖν ἐθελήσουσι.* Votum hoc est. Omittitur ante *ὅπως* verbum, ut suppleat quisque quod possit aut velit. Oratorem animo votum concepisse, etiam infinitivus *γνῶναι* l. 30. ostendit. Hic enim in votis saepe pro imperativo, ut aiunt, ponitur. Non igitur opus est verbo *δεῖ*, quod Reiskius post *τοῦτο*

inseruit, et quod, nisi votum praecessisset, vix abesse posset in nostro scriptore.

p. 91. l. 20. s. B. p. 100. l. 7. R. *ἐνοχλῆσαι τοῖς ἄρχειν βουλομένοις.* Quid sentiendum sit de Phavorini animadversione: *Ἐνοχλῶ Ἀττικῶς συντάσσεται αἰτιατικῇ, κοινῶς δὲ δοτικῇ*, apparet ex hoc aliisque Demosthenis locis. In universum dici potest, Atticos hoc verbum saepius construere cum dativo, quam cum accusativo, sine significationis discrimine, opinor.

p. 93. l. 6. ss. B. p. 101. l. 23. ss. R. *ἀλλ' ἐὰν λογίζηται (τὶς) τὰ τῇ πόλει μετὰ ταῦτα γενησόμενα, ἂν ταῦτα μὴ ἐθέλῃ ποιεῖν, εὑρήσει λυσιτελοῦν τὸ ἑκόντας ποιεῖν τὰ δέοντα.* sc. *ἡμᾶς.* Reiskius scripsit *ἑκόντα*, quod peius est vulgato. *Τὶς* est *τὶς ἡμῶν.* Hunc oportet rem spectare ratione *πάντων ἡμῶν* et ea dicere, quae cunctis sunt utilia. Hinc pluralis *ἑκόντας* aptus, immo necessarius est. Omnino post *τὶς*, quatenus generis vicem habet, saepissime sequitur pluralis. Cf. *Matthiae Gr. Gr.* p. 673. et *Ern. Fr. Poppo Thucyd.* P. I. p. 93. sqq.

p. 93. l. 24. B. p. 102. l. 11. R. *ποῖ ἀναδυόμεθα.* Brachylogice dictum hoc sensu: *Quo nos vertamus, ut perniciem evitemus?* In *ποῖ* inest notio motus ad locum, in *ἀναδύεσθαι* id, ut in loco tuti simus. Eiusmodi constructiones in unum interdum confluunt: quod aliquando etiam viros offendebat, qui primi hoc subtilius tractarunt, ut Hermannum ad *Eurip. Herc. F.* v. 1148. *ποῖ κακῶν ἐρημίαν εὕρω;* Hermannus *ποῦ.* Vulgatam sic interpretor: *Quo me vertam, ut requiem inveniam?*

p. 94. l. 5. s. B. p. 102. l. 20. R. *ἃ μήτε γένοιτ' οὔτε λέγειν ἄξιον.* Notandum est *μήτε* cum optativo priore membro cum vi optandi, ne quid fiat, in altero *οὔτε*

cum indicativo ἄξιον sc. ἐστί, cum vi affirmandi, aliquid non esse. Sensus hic est: „Quemadmodum vehementer optandum, ne hoc fiat; sic indecorum vel de eo loqui.“ Simplex ὃ μὴ γένοιτο saepe legitur. Cf. *Astium* ad *Platonem de Legg.* XI, 4. Addito etiam altero membro, in quo est οὐδέ, legitur *in Mid.* p. 581. l. 22. ὃ μὴ γένοιτο, οὐδ' ἔσται. Vice versa habemus οὔτε — μήτε p. 98. l. 7. s. B. ἐγὼ δὲ θρασὺς μὲν — — οὔτ' εἰμὶ μήτε γενοίμην.

p. 94. l. ult. 95. l. 1 — 3. B. p. 103. l. 17. ss. R. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ αἴτιον — τοῦ τὸν μὲν οὕτω φανερῶς στρατεύοντα, ἀδικοῦντα, πόλεις καταλαμβάνοντα μηδένα πώποτε τούτων εἰπεῖν ὡς ἀδικεῖ καὶ πόλεμον ποιεῖ; Verba dicendi λέγειν, εἰπεῖν cet. interdum construuntur cum accusativo personae, loco genitivi cum περί. Est etiam sic attractio, dum, quod subiectum enuntiationis pendentis esse oportet, fit obiectum ad verbum, unde illa enuntiatio pendet: τὸν ἀδικοῦντα εἰπεῖν ὡς ἀδικεῖ pro εἰπεῖν, ὡς ὁ ἀδικῶν ἀδικεῖ. Sed ista attractio eo nititur, quod εἰπεῖν cum accusativo personae construi potest. Non igitur intelligo, cur *Matthiae Gr. Gr.* p. 559. Dawesium vituperaverit, qui eiusmodi loca in eorum numero ponebat, in quibus εἰπεῖν cum duplici accusativo constructum sit. Accusativum personae reapse habemus; locum accusativi rei tenet ὡς cum verbo. Ceterum animadvertendum est, in priore membro tres esse determinationes, in altero duas; quarum una πόλεμον ποιεῖ duas scilicet prioris enuntiationis continet, στρατεύοντα, πόλεις καταλαμβάνοντα. Novum est, quod latius patens ἀδικοῦντα utrique intersertum est. Τούτων minime cum Reiskio mutaverim in τοῦτον. Notat enim

Demosthenes Philippi clientes pronomine οὗτος; quod in contemtum adhibetur. Neque id mirandum, quod in altero membro sequitur τοὺς δὲ — συμβουλεύοντας, τούτους, quum desit pronomen in primo; etenim secundum membrum inprimis evehendum. — In seqq. post αἰτιᾶσθαι supplendum πάντας, quod ex antecedente μηδένα intelligendum, minime vero cum Reiskio addendum est. Saepe enim contrarium ex eo, quod adest, supplendum. *Isocrates Symmach.* 46. οὐδὲ γὰρ ἄλλη τῶν πόλεων οὐδεμία τολμήσει περὶ αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν, ἀλλ᾽ ὀκνήσουσι sc. πᾶσαι. *Plato de rep.* II. p. 366. D. οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀνανδρίας ἢ γήρως ἤ τινος ἄλλης ἀσθενείας ψέγει τὸ ἀδικεῖν, ubi ex οὐδεὶς ad ψέγει petendum ἕκαστος.

IN ORATIONEM ADVERSVS PHILIPPVM III.

p. 104. l. 9. B. p. 113. l. 13. s. R. εἰπεῖν ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ. Ante particulas disiunctivas ἢ — ἢ verbum generale interdum omittitur, quod facile ex ipsa disiunctione suppletur, ut hoc loco γενέσθαι. *de Cor.* p. 274. l. 10. ss. R. καί τοι δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον, ἢ, μηδὲν τοῖς πραττομένοις ὑπ᾽ ἐμοῦ τότ᾽ ἔχοντ᾽ ἐγκαλεῖν, μὴ γράφειν παρὰ ταῦθ᾽ ἕτερα, ἤ, τὸ τῶν ἐχθρῶν συμφέρον ζητοῦντα, μὴ φέρειν εἰς μέσον τὰ τούτων ἀμείνω, ubi post θάτερον supplendum ποιεῖν. *Plato Charm.* p. 160. C. Δυοῖν γὰρ δὴ τὰ ἕτερα, ἢ οὐδαμῇ ἡμῖν ἢ πάνυ που ὀλιγαχοῦ αἱ ἡσύχιοι πράξεις ἐν τῷ βίῳ καλλίους ἐφάνησαν, ἢ αὖ ταχεῖαί τε καὶ ἰσχυραί.

p. 104. l. 20. ss. B. p. 113. l. 23. ss. R. καὶ τὰ τελευταῖα τοῖς ταλαιπώροις Ὠρείταις τουτοισὶ ἐπισκεψομένους

ἔφη τοὺς στρατιώτας πεπομφέναι κατ᾽ εὔνοιαν. Quum ἐπισκέπτεσθαι interdum de iis dicatur, qui aegrotos visitant, haec acerba Oritarum irrisio habetur, quibus aegrotantium instar opus fuerit hominibus, qui visitationis specie ulcera eorum exprimerent. Sed hoc non est e Philippi more, qui, donec rei certus esset, blande loquebatur, non cavillabatur nec irridebat, sed benivolentiam ubique et iuvandi studium ostentabat. Mihi haec Philippi oratio ad eos habita videtur, qui ipsius partibus studebant. Hi angustiis premebantur et facile concedebant, ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὑτοῖς, ubi posterius proprium verbum prius tropicum illustrat, ut saepe. Etiam iis, qui minus ipsi favebant, adulabatur, et profitebatur cunctis se otium restituturum per ἐπισκεψομένους, qui nihil nisi providerent, ne quis publicam tranquillitatem turbaret. Haec est ratio euphemistica, qua ab initio Philippus ubique utebatur.

p. 107. l. 27. B. p. 118. l. 28. R. τοῦτο μέν. Huic respondet l. 31. καὶ πάλιν. In partitionibus, praesertim si membra longiora sint, formulae non anxie etiam in nostro scriptore respondent. p. 114. l. 16. πρῶτον, cui respondet l. 22. δέ. p. 117. l. 6. ποτὲ μὲν — πάλιν δέ. Cf. *Hermann.* ad *Viger.* p. 701. *Cicero de fin. b. et m.* I, 6.

p. 108. l. 5. B. p. 117. l. 9. R. οὐδὲν ἂν εἰπεῖν ἔχοντες. Ἂν neque ad εἰπεῖν neque ad ἔχοντες pertinet; nam utraque notio definita est, neque enuntiatio est hypothetica; sed ad οὐδὲν mitigandi caussa, ut alibi dicitur ὡς ἔπος εἰπεῖν. Notandum hoc, ἂν saepe addi nominibus amplissimae significationis, quam non urgendam esse indicat. Illustrabo hoc aliquot exemplis. Περὶ Ῥοδίων ἐλευθερ. p. 192. l. 21. R. καὶ πάσχειν ὁτιοῦν ἂν οἴεσθε

χρῆναι. p. 193. l. 26. ἄλλο μὲν οὐδὲν ἂν εἶναι βασιλεῖ χρησίμην ἐν τῷ παρόντι. *de Cor.* p. 258. l. 11. τῶν τότε Ἀθηναίων πολλὰ ἂν ἐχόντων μνησικακῆσαι. *in Mid.* p. 551. l. 27. πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι. p. 559. l. 24. s. τὸ γὰρ ἐπ' ἐξουσίας καὶ πλούτου πονηρὸν εἶναι καὶ ὑβριστήν, τεῖχός ἐστι πρὸς τὸ μηδὲν ἂν αὐτὸν ἐξ ἐπιδρομῆς παθεῖν.

p. 120. l. 6. B. p. 128. l. 29. R. ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων. Ut ἂν cum futuro indicativi interdum construitur (cf. *F. A. Wolf.* ad *Demosth. Lept.* p. 543.), ita etiam cum futuro participii. περὶ Ῥοδίων ἐλευθερ. p. 196. l. 7. s. ἴσασι γὰρ οὐδένας ἄλλους πάλιν εἰς ἐλευθερίαν τὰ πράγματ' ἂν ἐπανάξοντας. ὑπὲρ Μεγαλοπολ. p. 204. l. 22. εἰ δὲ τοὺς βοηθήσοντας ἂν ἡμῖν ἐπ' αὐτὸν ἐχθροὺς κτησόμεθα, οὐχ ἕξομεν συμμάχους. *de Cor.* p. 284. l. 17. ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, ἔτι συμπνευσόντων ἂν ὑμῶν καὶ τῶν Θηβαίων.